ANACHARSIDIS epp. IX. Deest decima, quae ultima est. Prima Atheniensibus, inc. Γελᾶτε ἐμὴν φωνήν f. 56. — Nona Croeso, fine mutila, inc. Οἱ ἐν Ἕλλησι ποιηταί f. 62 v. Des. εὕρηνται τροφήν, ἵνα τε γῆς..., folio sequente vacuo.

THEANUS epp. III. Prima ad Eubulen, (de liberis educandis), inc. Ἀκούω σε τὰ παιδία f. 65. — Ultima Καλλιστοῖ, de familia recte gubernanda, inc. Ταῖς νεωτέραις ὑμῖν f. 72 v. Desunt IV-VII.

MELISSAE ad Clearetam epistola. Inc. Αὐτομάτως ἐμοὶ φαίνῃ f. 75 v. In cod. Κλαρέτα pro Κλεαρέτα.

Myiae ad Phyllidem epistola. Inc. Γενομένα (cod. γενόμενα) τοι ματρὶ παίδων f. 77. Subscriptio f. 79 v.: τέλος. τῷ θεῷ τῷ ἁγίῳ χάρις πλείστη. Sequuntur folia 80-84 sine scriptura.

Theophylacti scholastici, cognomento Simocattae, (cod. τοῦ Σιμοκάτου) epistolae LXXXV, ethicae, rusticae, meretriciae. Ita vices alternare solent epistolae in codice, ut ethicam constantem excipiant rustica et meretricia. Prima ethica inc. Ὁ τέττιξ ὁ μουσικός f. 85. — Ultima, Platonis ad Dionysium, inc. Εἰ λύπης (cod. λύπεις) ἐθέλεις κρατεῖν. Enumerantur tantum in codice epp. 82, etsi re ipsa sunt numero 85.

Aeneae Sophistae (Gazaei) epp. XXV. Prima ad Ioannem, inc. Εἰ σὺν ἐτύγχανε τὸ βιβλίον f. 152 v. — Ultima ad Iulianum architectum, inc. Τὸν (l. τοῦ) Ἀλκίνου τὸν κῆπον.

Procopii Sophistae (Gazaei) epp. LXI, inter quas undequinquagesima est Megethii ad Procopium. Prima (ad Nephalium), inc. Ἥσθην δεξάμενος f. 177. — Ultima ad Epiphanium, inc. Καλῶς ἄρα ᾔδει f. 237. — Desunt epp. LXII-CLXIII.

Dionysii Sophistae Antiocheni epp. XLVI. Prima Philoxeno Episcopo, inc. Πρᾶγμα ἐμοὶ ποθεινόν f. 238. — Ultima Rufo Scholastico, inc. Λόγος ἐστὶ παλαιός. — Desunt epp. XLVII-LXXXV.

Lysidis Pythagorei epistola ad Hipparchum. Inc. Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι f. 257. Des. εἰ δὲ μή, τέθνακάς μοι.

Amasis, Aegypti regis, ad Polycratem Sami tyrannum epistola (ex Herodoto III, 40). Inc. Ἄμασις Πολυκράτει ὧδε λέγει f. 262. — Subscriptio scribae f. 263: ΤΩ ΣΥΝΤΕΛΕΣΤΗ ΤΩΝ ΚΑΛΩΝ ΧΑΡΙΣ. Quibus verbis exceptis, haec pagina et duae sequentes scriptura carent.

Platonis ad Archytam Tarantinum epistola (nona). Inc. Ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς f. 264. — Desunt epp. I-VIII. X-XV.

Clauditur codex duobus Platonis placitis, et Timocreontis Rhodii in Plutum epigrammate, quod inc. Ὄφελες (sic pro Ὤφελέν σ'.), ὦ τυφλὲ Πλοῦτε f. 265 v. V. Th. Bergk, *Anthol. Lyrica*. Lips. 1883, p. 312. Sequuntur folia duo sine numero et scriptura.

140. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 126. Valde maculatus, et ipso atramento deturpata scriptura. Folio praevio, a tergo, leguntur haec: *Clariss° Doctiss° et Amicissimo Viro* || *D. Isaaco Vossio* || *Sapientissimae Reginae Sueticae* || *a studiis et Bibliotheca* || *Huncce Procli* || *in Ptolomei tetrabiblon comm*(enta)*rium manuscriptum* || *qualem qualem, licet ab Allatio ñro* (nostro) *iam editum* (Lugd. Bat. a. 1635) || *in proprium usum Roma mittit. Kalendis Nouembris anno 1651* || *Don* (sic) *Vincentius Noqueira.*

Procli Diadochi paraphrasis in Ptolemaei Tetrabiblum (sive libros IV de Siderum affectionibus). Singulis suus praemittitur index. Schemata

ubique omissa, spatio ad ea depingenda relicto idoneo. Inscribitur opus: Πρόκλου τοῦ Διαδόχου τῶν ἀσαφῶς εἰρημένων Πτολεμαίῳ καὶ δυσπαρακολουθήτως ἐν τῇ αὐτοῦ τετραβίβλῳ ἐπὶ τὸ σαφέστερον καὶ δυσπαρακολούθητον (sic pro εὐπαρακ.) μεταχείρησις.

Lib. I. Prooem. inc. Τῶν παρασκευαζόντων τὸ προγνωστικὸν τέλος f. 1.
L. II. Prooem. inc. Ὅσα μὲν ἦν κυριώτερα f. 34 v.
L. III. Pr. inc. Περὶ μὲν οὖν τῶν καθ' ὅλον f. 65.
L. IV. Pr. inc. Ὅσα μὲν ἔδει εἰπεῖν πρὸ τῆς γενέσεως f. 104.

141. Chart. in 8, a. 1573 ab Andrea Darmario descriptus, pagg. 727. Primo folio praevio, a tergo, leguntur haec: *Ex bibliotheca Sebastiani Miegii.* || — *Nunc* || *Ioannis Schefferi Argent*(inensis).

Scholia in PLATONIS Gorgiam, ex ore OLYMPIODORI, magni philosophi (excepta). — Scholiis praemittuntur ubique ipsa Platonis verba dilucidanda, rubro distincta colore, vel lineola rubra verbis subiecta. Opus in N πράξεις divisum. Prima verba Platonis: Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι, ὦ Σώκρατες p. 1. — Scholium prim. inc. Ἰστέον ὅτι ὁ διάλογος περιέχει διαλεγόμενα πρόσωπα ibid.

Subscriptio librarii ad calcem scholiorum (p. 727 v.): † ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου σὺν θεῷ εἴληφε τέρμα. ἐν τῷ ἔτει ͵αφογ μὰρ α^ν^ †.

142. Chart. in 8, saec. XVI, ex duobus codicibus exiguis in unum compactis, fol. 68. Pars prior (epigrammata f. 1-26) varia scripta manu; altera (exceptis foliis 26 v.-28), eadem manu, quae codicem 139 exaravit. Olim Alexandri Petavii, Pauli filii, senatoris Parisiensis, a. 1647 (f. 1). Ultima folia in imo margine humore male habita. — Folio praevio, nullo signato numero, insunt sententiae ex THUCYDIDE, ARISTOPHANE, DEMOSTHENE, PLUTARCHO, HOMERO.

(Florilegium epigrammatum veterum). Epigrammata, nullo fere ordine descripta, sunt numero CXC, praeter alia multa ἄδηλα vel ἀδέσποτα a nobis praetermissa. Primum RUFINI εἰς τὴν Μελίτην, inc. Ὄμματ' ἔχεις Ἥρης, Μελίτη (*A. P.* V, 94) f. 1. Ultimum, AGATHIAE, εἰς θάνατον καὶ εἰς θανόντας f. 26. — Initia epigrammatum, brevitatis studio, omittimus, curamque indagandi, quaenam ex eis sive in *Anthologia Palatina* sive alias iam fuerint edita, lectori permittimus, satis habentes, ut in *Catenis* solemus, scriptorum disiecta nomina litterarum exhibere ordine, additis foliorum numeris.

Adrianus Imp. — V. Hadrianus.
AGATHIAS f. 25, 26.
ALCAEUS f. 12, 15 v., 19.
ALPHEUS Mitylenaeus f. 20.

THALLUS f. 14.
THEAETETUS f. 17 v.
TIBERIUS f. 24 v.
TULLIUS GEMINUS f. 16 v.

(Impendia varia, italico sermone, pro vectura calcis, arenae puteolanae per navim) etc. *Per lo lauoro della uigna de sta. Susanna* a. 1522 f. 26 v.-28.

HESIODI Ascraei Opera et Dies, cum scholiolis passim in margine, graece, f. 29. Ambitus huius paginae et littera prima initialis vario colore eleganter depicta. Praemittuntur poëmati inepta quaedam de nominis Hesiodi origine, quae inc. Ἡσίοδος ἐτυμολογεῖται ἀπὸ τῆς ἥσης (sic) ἡ σωφροσύνη, καὶ τοῦ εἴδω τὸ λέγω (sic) γίνεται Ἡσίοδος f. 28 v. — Poëma in codice nostro in duos distinguitur libros, quorum prior inc. f. 29; alter a versu (383) Πληϊάδων Ἀτλαγγενέων ἐπιτελλομενάων f. 45. Folio 60 prolixum legitur Scholion, ex Proclo desumptum, in versus Μηδέ ποτ' οἰνοχόην τιθέμεν κρητῆρος ὕπερθεν || πινόντων etc. (744 sq.). Inc. Πρόκλος. Πολλὰ τοιαῦτα καὶ τοῖς Πειθαγορίοις (sic) ἐλέγετο· ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν etc.

PYTHAGORAE aurea carmina f. 65. Praemittuntur (f. 64 v.) disticha duo. Primum inc. Τὴν δ' ἐπὶ Πυθαγόρας γλυκυαχέα μουσοπόλοισι f. 64 v. Alterum: Τῆς δ' ἐπὶ Πυθαγόρας μελιαχέος μουσοπόλοισι f. 64 v.

143. Chart. in 8, ex duobus codicibus exiguis in unum coactis; fol. 58, quorum 1-34 exaravit saeculo XIV exeunte sacerdos Theodorus, Syncellus et Logotheta ecclesiae Chiae; reliqua, ignota manus saec. XV, littera minutissima. Olim (pars prior) Alexandri Petavii, Pauli F., Senatoris Parisiensis, anno 1647 (f. 1), qui folio praevio, a tergo, indiculum, ut solet, addidit latine.

(NONNI Abbatis) interpretatio historiarum, quas in quatuor orationibus commemorat Gregorius Nazianzenus, videl. in oratione in Sancta Lumina, in Magnum Basilium, et in duabus contra Iulianum Steliteuticis, seu invectivis. Inscriptio minio depicta. Gregorii verba, rubris scripta litteris, NONNI interpretationi praemittuntur.

I. In orat. in Sancta Lumina. Historiae sunt numero XXIV, quarum prima de Iove. Interpretatio inc. Οἱ θεολόγοι τῶν Ἑλλήνων f. 1. Postrema de Nilo. Interpr. inc. Τιμῶσι τοῦτον Αἰγύπτιοι.

II. In epitaphio Basilii. Historiae sunt numero XXIII, quarum priores quinque nullo signantur numero. Prima de Pelope inc. Ὁ Πέλοψ υἱὸς γέγονε f. 5. Praemittitur prooemium, quod inc. Οἱ τῶν ἔξω σοφισταί τε καὶ ῥήτορες. Ultima de VII portis Thebarum etc. inc. Ὁ θεῖος Γρηγόριος περὶ θεαμάτων.

III. In Steliteutica prima. Historiae numerantur XCVII, quarum nonnullas tamen exscribere integras de industria omisit librarius, ne easdem

supra iam traditas iteraret. Prooemium Nonni inc. Λόγος στηλιτευτικός ἐστι ψόγος τῶν ὑπὸ Ἰουλιανοῦ γενομένων f. 9 v. Ultima historia: de Iove ad pingue convivium currente. Interpr. inc. Ὁ Ζεὺς ἀπῆλθεν εἰς Αἰθιοπίαν ἐπὶ ἄριστον.

IV. In Stelit. altera. Historiae sunt numero XLII, etsi in codice recensentur tantum XXXVI. Nonnullae, ut supra, eademque de causa, praetermissae sunt. Prima de Ariadne. Interpr. inc. Ἀριάδνη θυγάτηρ ὑπῆρχε Μίνωος f. 27. Postrema de Phallo Osiridis etc. Interpr. inc. Φασὶν ὡς ἡ τούτου ἀδελφή. Subscriptio f. 33 v.: τέρας (l. πέρας), ξένε, ἔλαβον αἱ ἱστορίαι, || ὡς ἄρτι λύσεις ἁπάσας ὧδε, ξένε.

S. Antiochi, (monachi Sabaïtae, in S. Scripturam) prologus. Inscribitur tantum: τοῦ ὁσίου Ἀντιόχου πρόλογος. Inc. Φησὶν ἐν τοῖς ᾄσμασιν ὁ Σολομών f. 33 v. Clauditur (f. 34 v.) hac scribae, ut videtur, subscriptione: Nος (ἰνδικτιῶνος) ΙΔης † ὁ ἱερεὺς θεόδωρος ὁ σκυνέλλης (sic pro συγκ)· καὶ λογοθέτης τῆς ἐν χίῳ ἐκκλησιάς. Folia 35, 36 sine scriptura.

(Nonni Abbatis) collectio et interpretatio historiarum, quas in utraque in Iulianum invectiva commemorat Gregorius Nazianzenus. Inscriptiones omnes minio depictae. Color hic illic detersus scripturam inquinavit. — In priore invectiva (f. 35), historiae eaedem sunt quae supra, eodemque modo incipit et clauditur interpretatio, nisi quod omnia integriora praebeantur. — In invectiva altera (f. 53), historiae tantum XXVIII numerantur, quarum ultima de Iside et Mendetibus, omissa praeterea prorsus historia *de Centimanis*, cuius superest tantum inscriptio, relicto ad lacunam supplendam spatio idoneo.

144. Membr. in 4, palimpsestus, fol. 103. Scriptura superior saec. XIV; inferior saec. X, binis columnis, Evangelium Lucae videtur exhibere, quantum ex fol. 48 partim non rescripto colligi potest.

(Manuelis Moschopuli Cretensis Σχέδη, seu Extemporalia exercitia, cum singularum orationis partium examine grammatico). Initio ac fine mutila, cum lemmatis in margine graece et latine a manu recentiore. Inc. (Εἰ δὲ χωρὶς) ἄρθρου εἴπω· Υἱός σου κακῶς ἐμὲ ἔδρασε f. 1. Exeunt in paenultimum paradigma, vix inchoatum: Ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν τῆς Ἰλίου τόπον μετὰ τῶν λοιπῶν Ἀχαιῶν καὶ Διομήδης ὁ Αἰτωλός· καὶ...

145. Chart. in 8, varia charta et manu, fol. 195. Folia suppleta 1-16 saec. XVI; reliqua bina manu saec. XIV. Olim Christiani Ravij Berlinatis. Foliis praeviis, saec. XVI scriptis, nullo signatis numero, praeter alia nullius momenti, inest (Phalaridis epistola ad Lycinum) quae inc. Πολύκλειτος ὁ Μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς.

Manuelis Moschopuli Erotemata. Inc. Περὶ προσῳδιῶν· Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς f. 1. Folia 14-16 fere sine scriptura,

quamvis in hac grammatices parte priore nihil desideretur. Deest in parte altera caput περὶ ἀντωνυμίας, sive de Pronomine. Clauditur opus coniugatione verbi ζεύγνυμι.

(Eiusdem Σχέδη), seu Extemporalia exercitia grammatica, ut in codice superiore 144, cum lemmatis in margine bina manu scriptis. Opus integrum excipit subscriptio insulse a rudissimo homine rubris exarata litteris, quae sic incipit: † ἐνθύμησις· εἰς ταῖς (sic) λα' τοῦ Ἰουνοαρίου (sic) μηνός ἐπίρεν (sic) ὁ σταμάτιος etc. Sunt et alia, monocondyliorum instar, litteris scripta nigris, quae fere evanida oculorum aciem fugiunt.

(Eiusdem) Lexicon κατὰ στοιχεῖον, περιέχον τὰ ἀντίστ(ο)ιχα, i. e. voces, quarum vocales vel diphthongi ob iotacismum facile inter se permutantur. Inc. Ἀρχὴ τοῦ βῆτα. Πᾶσα λέξις ἀπὸ τῆς βε̄ συλλαβῆς ἀρχομένη, διὰ τοῦ ε̄ ψιλοῦ γράφεται· οἷον βέβαιος, ὁ ἀληθής· βεβαιῶ, ῥῆμα f. 167. Clauditur litteris ψῑ: τὰ ἀπὸ τῆς ψῖ διὰ τοῦ ῑ· οἷον ψιθυρίζω· ψιθυρισμός etc. Ultima verba sunt: ψιὰς ὁ σταλαγμός, καὶ κλίνεται ψιάδος καὶ τὰ λοιπά. Lexico, in litteram digesto, subiungitur, tanquam appendix, caput inscriptum: Βαρύτονα ὀνόματα, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ. Inc. Οἷον ... βορέας· ἀνδρέας· σαμέας· καὶ τὰ ὅμοια· πλὴν τοῦ μιχαίας καὶ αἴας f. 195 v. Des. ψιλοῦνται καὶ διὰ τοῦ αλεος ἅπαντα. Videtur haec altera pars fine mutila.

In margine folii 183 v. leguntur haec: † μέγας σακελλάριος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. In margine ultimae paginae scripsit manus recentissima: θαυμαστὴ βίβλος.

146. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 168. Olim Alexandri Petavii, Pauli f., Senatoris Parisiensis, a. 1637. Describendum curavit codicem a puero suo ipse Excerptorum auctor, Ianus Lascaris. Folio primo verso leguntur haec: *Lascaris Galeoto mirae indolis Adolescentulo.* || *Quem tibi promisi mitto, Galeote, libellum,* || *non qualem hinc graius bibliopola procul,* || *sed puer exscripsit noster, ne tempore desit,* || *quo iuvet, atque cita est gratia grata magis.* Sequitur alia eiusdem Lascaris nuncupatio graece: Ἄνθεα μουσοπόλων καρποὺς ἀρετῶν προφέροντα || Λασκάρεως, φίλε παῖ, δέχνυσ' ὑποσχεσίην || τῶν δ' ἐνὶ συγκομιδῇ τέρψιν καὶ κῦδος ἄροιο, || παιζόντων ὀλοῆς τέρψιος οὐ χατέων.

Iani Lascaris Rhyndaceni excerpta ex Stobaei Florilegio. Inscribuntur: Ἰάνου Λασκάρεως Ῥυνδακηνοῦ παρεκβολαὶ τῶν ἠθικῶν τοῦ Στοβαίου ἐκλογῶν. Ζήτει τὴν βίβλον αὐτοῦ περιέχουσαν πολλὰ καὶ ἀναγκαῖα. Inc. Φρόνησις. Αἰσχύλου. Ἃ δεῖ παρὼν φρόντιζε, μὴ παρὼν ἀπῇς f. 2 (ed. Gaisf. Γ 1). Clauduntur excerpta Sophoclis (rectius Moschionis) sententia, quae inc. Τί κέρδος οὐκ ἔτ' ὄντας αἰκίζειν νεκρούς; (Gaisf. PKE 14). — Sequitur index graecus ipsa Lascaris fortasse manu scriptus, non vero secundum litterarum ordinem.

147. Chart. in 8, saec. XIV ineunt., exceptis foliis ultimis 152-153 bina manu scriptis saec. XVI; fol. 153, quorum aliquot aquis maculata, cum scripturae detrimento.

Aristophanis Vita, initio mutila. Inc.... εἶναι Ἀρχίππου. Ἀποθανόντι δὲ αὐτῷ ἐπὶ τῷ τάφῳ παρὰ Πλάτωνος ἐπίγραμμα τοιοῦτο γέγραπται f. 1. Clauditur hoc fragmentum ipso Platonis epigrammate.

Aristophanis Plutus, Nubes, Ranae, cum argumentis, glossis inter lineas, et scholiis in margine, littera minutissima.

I. Plutus f. 2. Praemittitur argumentum triplex f. 1: I inc. Πρεσβύτης τις Χρεμύλος πένης ὢν τὴν οὐσίαν. — II inc. Πρεσβύτης Χρεμύλος πένης ὢν καὶ ἔχων υἱόν. — III iambicum (Aristophanis grammatici) inc. Μαντεύεται δίκαιος ὤν τις καὶ πένης. Tertium hoc argumentum sequuntur (f. 1): I Didascalia: ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀντιπάτρου etc. — II nomina histrionum (f. 1 v.): Καλλίστρατος καὶ Φιλωνίδης etc. — III ἐπίγραμμα ἐπιτύμβιον (Diodori) in Aristophanem. Inc. Θεῖος Ἀριστοφάνευς ὑπ' ἐμοὶ νέκυς· εἴ τινα πεύθῃ (*A. P.* VII, 38). — IV nonnulla de choro comico. Inc. Ὁ κωμικὸς χορὸς συνέστηκεν ἐξ ἀνδρῶν κδ'. — V indiculus personarum. — VII pauca de metro Aristophaneo, et de Aristophanis origine quae inc. Ἀριστοφάνης Ῥόδιος ἤτοι Λίνδιος· οἱ δὲ Αἰγύπτιον ἔφασαν. — Scholia inc. (Ὁ νοῦς) τοῦ παρόντος προοιμίου ἐστὶν οὗτος· ὀδυνηρότατόν ἐστιν, ἐὰν γένηταί τις δοῦλος φρόνιμος f. 2. Folio 5 suppleto saec. XVI desunt scholia.

II. Nubes f. 34. Praemittuntur (f. 33) argumenta sex: I inc. Τὸ δρᾶμα τῶν νεφελῶν κατὰ Σωκράτους γέγραπται. — II inc. Πρεσβύτης τις Στερψιάδης (sic) ὑπὸ δανείων καταπονούμενος. — III inc. Πατὴρ τὸν υἱὸν σωκρατίζειν προτρέπεται. — IV inc. Πρεσβύτης τις Στρεψιάδης ut supra, at multo plenius. — V inc. Τὴν κωμῳδίαν καθῆκε. — VI inc. Φασὶ τὸν Ἀριστοφάνην γράψαι τὰς Νεφέλας. — Scholia inc. Ἀπέρατον τὸ μὴ ἔχον πέρας f. 34.

III. Ranae f. 70. Praemittuntur argumenta duo. Primum inc. Διόνυσός ἐστι μετὰ θεράποντος Ξανθίου f. 69. Alterum iambicum inc. Μαθὼν παρ' Ἡρακλέους f. 69 v. — Scholia inc. Εἴπω τι τῶν εἰωθότων· ὁ Διόνυσος μέλλων ἀφικέσθαι f. 70. In margine superiore folii 89 legitur: † ὁ λάσκαρης (sic) †. — Ranas excipiunt iambi septem, alia scripti manu: πρὸς τοὺς τρεῖς ἱεράρχας, i. e. in Chrysostomum, Basilium et Gregorium Nazianzenum. Inc. † ἤχισε (l. ἤχησε) σάλπιγξ, καὶ μετὰ ταύτην λύρα.

Homeri vel Pigretis (cod. Τίγρητος) Carensis Batrachomyomachia, fine mutila, f. 101. Desunt tantum ultimi versus 295–305. In margine mures duo minio depicti, quorum alter hastatus. Glossae et scholia rarissima.

Dionysii Periegetae (orbis descriptio), fine mutila; cum scholiis in margine, et glossis inter lineas f. 105 v. — Praemittuntur (f. 105): I nomina XII ventorum. Inc. Πρῶτος, Ἀπηλιώτης. II fragmentum (peripli Ponti

Euxini). Inc. Ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου (cod. οὐρίῳ) ἤτοι στόματος. Scholia, quorum nonnulla aevi iniuria et mucore fere obliterata, inc. Ἀρχόμενος· ἀρετῆς καὶ σπουδῆς ὁ ποιητὴς ἐπιμελούμενος f. 105 v. Deficiunt a versu 260. Clauditur ipsum poëma versu (1133) γαῖαν ἀποτμήγει, νότιον δ' ἁλὸς οἶδμά τ' Ἐρύθρης. — Ad calcem subscriptio scribae metrica, nomine et anno omissis, utpote fine mutila. Inc. † ὥσπερ ξένοι χαίροντες ἰδεῖν πατρίδα etc. Des. καὶ ἐν νόσῳ κείμενοι ἰδεῖν ὑγείαν... Infra Sancti Georgii rudissima delineatio, cum inscriptione ὁ ἅγιος γεώργιος.

LIBANII Declamationes III:

I. Quibus verbis uti potuerit Menoeceus, (quum pro patriae victoria se devoturus esset) f. 131. Altera brevissimae declamationis pars aevo fere consumpta.

II. Quibus verbis uti potuerit Achilles, quum filius Pyrrhus Troiam vastaret f. 131 v.

III. (Quibus verbis uti potuerit Menelaus, Agamemnonis mortem edoctus) f. 131 v.

IULIANI Imp. ad Basilium M. epistola (apud Hercher ep. LXXV) f. 132.

BASILII responsio ad eundem. Inc. Ἀνέγνως, οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως f. 133, 133 v. Loco initialium litterarum, adumbratae sunt minio animalium figurae.

SEVERI (Alexandrini) Ethopoeiae III:

I. Quibus verbis uti potuerit Menelaus, rapta a Paride Helena f. 133 v. Inscriptio, manu recentiore in margine suppleta, haec habet: Ἠθοποιΐα σεβήρου, ὡς δέ τινες Προκοπίου· τίνας ἂν εἶπεν λόγους etc.

II. Quibus verbis uti potuerit Hector, quum comperisset Priamum apud inferos cum Achille convivatum f. 134. Inscriptio, omisso auctoris nomine, nullo distincta spatio, ad calcem folii 133 v. reiecta est.

III. Quibus verbis uti potuerit Hercules, Periclymeno in certamine sese commutante, nec propriam formam referente f. 141 v. Nomen auctoris tertiae huius Ethop. omisit scriba, qui eam inter sequentia Luciani opuscula et Aeliani fragmentum interiecit.

LUCIANI opuscula III:

I. (Electrum) f. 134.

II. Phalaris prior f. 135 v.

III. Phalaris posterior, cum raris scholiolis in margine, f. 139 v.

AELIANI (fragmentum de insula Taprobane, ex Hist. Animal. XVI, 17). Inc. Ἐν δὲ τῇ καλουμένῃ μεγάλῃ θαλάττῃ f. 142. Cum scholiolo, quod nudam inscriptionem Αἰλιανοῦ statim excipit. Inc. Τινὲς μὲν λέγουσιν, ὅτι μεγάλην θάλατταν. — Ad calcem, fragmentum aliud eiusdem, (Hist. anim. XV, 20) minio descriptum. Inc. Θεσσαλονίκῃ τῇ Μακεδονίτιδι ὅρος (sic pro χῶρος) ἐστι γειτνιῶν, καὶ καλεῖται Νίγας (l. Νίβας).

Gregorii (sive **Georgii**) Patriarchae τοῦ τὴν φύτλην ἕλκοντος ἐκ τῆς (νήσου) Κυπρίων, ad Imp. Andronicum Palaeologum epistolae VIII:

I inc. Εἰκοστὴν εἶχεν ὁ Δεκέμβριος μὴν f. 142 v.

II inc. Κράτιστε θεόστεπτε ἅγιέ μου δέσποτα βασιλεῦ f. 145. Cum scholiolo in margine folii 146 de sacerdote Eli, qui et iudex erat in Israële. Inc. Ὁ Ἠλεὶ ὑπῆρχεν ἱερεύς, ἦν δὲ καὶ κριτής.

III inc. Κράτιστε θεοστεφὲς ἅγιε βασιλεῦ f. 147.

IV inc. Ἐγώ σου τῶν καλῶν f. 147 v.

V inc. Κράτιστε ἅγιέ μου δέσποτα f. 148.

VI inc. Ἅγιέ μου δέσποτα βασιλεῦ f. 149.

VII inc. Παραδηλοῦμεν τῇ ἐκ Θεοῦ βασιλείᾳ σου f. 149.

VIII inc. Ἀλλ' ἡμεῖς γε, ἅγιέ μου δέσποτα f. 150. Omissa est inscriptio. Ad calcem epistolae (f. 151 v.) leguntur sequentia, eadem scripta manu, litteris vetustate fere evanidis: . . . κύριον πάσχα τῷ ,ϛπη (sic) ἔτει ἐν ᾧ μέλλει γενέσθαι . . . τον ∴ καὶ ἕτερον κύριον πάσχα ἐστιν ἔτους ,ϛϡξζ ∴ καὶ ταῦτα μέν εἰσιν. Ἐν δὲ τῷ . . . . πᾶσι τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ λόγια μέλλει γενέσθαι ἡ συντέλεια τοῦ αἰῶνος, et alia huius generis.

Fragmentum (**Dionysii Periegetae**) manu saec. XVI; a versu 1134 ad finem. Inc. Γάγγης δ' εἰς αὐγάς· ὁ δὲ Καύκασος ἐς πόλον ἄρκτων f. 152. Exit in ultimum versum (1186): αὐτῶν ἐκ μακάρων· ἀντάξιος εἴη ἀμοιβή. Quem versum quinquies repetendum curavit alia manus eiusdem aetatis, quae cetera ad finem usque scripsit, aliis additis versibus quatuor, cum fragmento epistolae philosophicae, quod inc. Ὡς γὰρ ἐκ γένους εἰς γένος οὐ δεῖ καταβαίνειν.

148. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 55. Foliis duobus praeviis insunt nonnulla latine de prosodia, seu de accentibus, cum disticho pariter latino, quod inc. *Grammatices praecepta cupis qui noscere grece* (sic).

Theodori Gazae Isagoges grammaticae liber primus. Integrum opus praebet codex sequens. Subscriptio iambica ad calcem litteris rubris exarata: δόξα σοι, χριστέ, παροχεῦ ἀρχῆς καὶ τέλους ||. Ὁ χριστὸς αὐτὸς ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τέλος.

149. Chart. in 4, saec. XV, fol. 158.

Theodori Gazae Isagoges grammaticae libri IV, cum lemmatis in margine f. 1.

150. Chart. in 4, saec. XV, fol. 26.

(**Gregorii Corinthii**) liber de dialectorum proprietatibus. Inc. Ἰδού σοι καὶ τὰς διαλέκτους ἐγχειρίζω, σεβαστῶν μοι πάντων φιλολογώτατε f. 1. Fine mutilus liber clauditur dialecto Aeolica, et quidem verbis τὸ γὰρ

ἀὴρ αὐὴρ λέγουσι· καὶ ἕως εὔως· ὅτε δὲ σύμφωνόν ἐστι μεταξύ, οὐκ ἔτι... (v. G. H. Schaefer, p. 612 et ibi not. 36). Subscriptio: τέλος. ἀμὴν τῷ θεῷ αἶνος.

151. Chart. in 8, saec. XV, fol. 51, quorum f. 43-44 scriptura carent. Olim Burdeloti.

Theocriti Idyllia VIII priora, cum argumentis, praevia Theocriti vita, quae incipit: Θεόκριτος ὁ τῶν βουκολικῶν ποιητής **f. 1.**

Id. I Θύρσις **f. 2. — Argumentum, alia manu saec. XVI scriptum, inc.** Ἡ ὑπόθεσις ταύτη εἰς Δάφνιν γέγραπται **f. 1 v,**

Id. II Φαρμακεύτρια **f. 9. — Arg. inc.** Ὑπόκειται Σιμαίθα Δέλφιδος μυνδίου τινὸς ἐρῶσα **f. 8 v. Praemittuntur idyllio verba:** Ἡ Σιμαίθα ποιεῖται τὸν λόγον πρὸς τὴν δούλην αὐτῆς.

Id. III Αἰπόλος ἢ Ἀμαρυλλίς **f. 16 v. — Arg. inc.** Ἐπιγράφεται τὸ εἰδύλλιον τοῦτο Αἰπόλος ἢ Ἀμαρυλλίς **f. 16.**

Id. IV Βουκολιασταὶ ἢ νομεῖς **f. 19 v. — Arg. inc.** Εἰσάγονται ἐνταῦθα Βάτων τις ποιμὴν καὶ Κορύδων **f. 19.**

Id. V (Οἰδοπόροι ἢ βουκολιασταί) **f. 22 v. — Arg. inc.** Ἐπιγράφεται δέ **f. 22.**

Id. VI (Βουκολιασταὶ) Δαμοίτας καὶ Δάφνις **f. 29 v. — Arg. inc.** Δαμοίτας καὶ Δάφνις, θέρους ὄντος **f. 29.**

Id. VII (Θαλύσια) **f. 32. — Arg. inc.** Ἐπιγράφεται μὲν τὸ εἰδύλλιον Θαλύσια **f. 31 v.**

Id. VIII (Βουκολιασταὶ Δάφνις καὶ Μενάλκας) **f. 39. — Arg. inc.** Τὰ μὲν πράγματα ἐν Σικελίᾳ ἐστίν **f. 38 v. Subscriptio ad calcem folii 42 v.:** Τέλος Θεοκρίτου τοῦ τῶν βουκολικῶν ποιητοῦ. **Sequuntur fol. 43-44 sine scriptura.**

De praepositionibus. Inc. Πόσαι προθέσεις; τῇ μὲν φωνῇ, ὀκτωκαίδεκα· τῷ δὲ σημαινομένῳ, ἑπτακαίδεκα **f. 45.**

De coniunctionibus. Inc. Τί ἐστι σύνδεσμος; λέξις συνδέουσα τὰ ἄλλα μέρη τοῦ λόγου **f. 50.**

De adverbiis. Inc. Ποσαχῶς τὰ ἐπιῤῥήματα; πολλαχῶς· ἢ γὰρ χρόνου δηλωτικά εἰσιν **f. 51.**

152. Membr. in 4, saec. XVI, fol. 53. Olim Isaaci Vossii. Folia 32-33 maculata.

(Hesiodi Opera et dies) f. 1. Fol. 22 sine scriptura, integro tamen poëmate.

Homeri Batrachomyomachia f. 23. Ad calcem scribitur: ἡ κυερὰ **(l.** κρυερή **ion.)** μυοβατραχομαχίη τέλος ἔσχεν.

Theocriti Idyllia VIII priora, praevia eiusdem vita, omissis argumentis. Vita inc. Θεόκριτος ὁ Συρακούσιος **f. 31.**

Id. I. Θύρσις ποιμὰν καὶ αἰπόλος f. 31.
Id. II. Φαρμακεύτρια Σιμαίθα f. 34 v.
Id. III. Ἀμαρυλλίς, ἢ αἰπόλος κωμαστής f. 39.
Id. IV (V). Βωκολιασταὶ Κομάτας αἰπόλος, καὶ Λάκος (l. Λάκων) ποιμάν f. 40 v.
Id. V (IV). Βωκολιασταὶ ἢ νομεῖς Βάπτος (l. Βάττος) καὶ Κορύδων f. 44.
Id. VI. Βωκολιασταὶ Δαμοίτας καὶ Δάφνις f. 45 v.
Id. VII. (Θαλύσια) αἰπόλος Λυκίδας καὶ Θεόκριτος f. 47.
Id. VIII. Βωκολιασταὶ Δάφνις καὶ Μενάλκευς (l. - κας), καὶ αἰπόλος κριτής f. 51.

153. Chart. in 4, saec. XV, initio ac fine mutilus. fol. 104. Olim Burdeloti.

Sophoclis Aiax et Electra, cum glossis inter lineas et scholiis rarissimis in margine.

I. Aiax. Incipit a versu 130: ἢ χειρὶ βρίθεις ἢ μακροῦ πλούτου βάρει **f. 1. Subscriptio ad calcem:** τέλος αἴαντος μαστιγοφόρου μηνὶ ἀπριλίω N^os^ ϛ'.

II. Electra f. 49 v. Exit (f. 104 v.), fine mutila, in versum 1442: τίς οἶδεν ὑμῶν ποῦ ποθ' οἱ Φωκεῖς (l. Φωκῆς) ξένοι... **Scholiis carent folia ultima.**

154. Chart. in 4, saec. XV, fol. 72.

Galeni opera II:

I. Μικροτέχνης **libri III, cum lemmatis in marginibus. Lib. I inc.** Τρεῖς εἰσιν αἱ πᾶσαι διδασκαλίαι, τάξεως ἐχόμεναι **f. 1. — L. II inc.** Ἔστι δὲ καὶ τούτων ὑγιεινὰ μέν **f. 3 v. — L. III inc.** Ἐπεὶ δὲ καὶ τούτων ἔστι τὰ μὲν ὑγιεινά, τὰ δὲ νοσερά **f. 23. Subscriptio ad calcem:** τῆς τοῦ Γαληνοῦ μικροτέχνης τέλος. **Sequuntur folia 39-40 sine scriptura.**

II. Corporis temperamentis obtemperare animae virtutes. Inc. Ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν ἕπεσθαι τὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς **f. 41.**

155. Chart. in 4, saec. XV, fol. *a-b* 61. Olim Burdeloti.

Aeschyli Tragoediae II, cum glossis inter lineas et scholiis in margine. Praeeunt Vita Aeschyli et argumenta. — (Vita) inc. (Α)ἰσχύλος ὁ τραγικὸς γένει μὲν ἦν Ἀθηναῖος **f. *a*. Vitam excipit inscriptio:** Ἐπίγραμμα γραφὲν εἰς τὸν τάφον Αἰσχύλου, **omisso ipso epigrammate.**

I. Prometheus vinctus f. 1. — Argum. inc. Προμηθέως ἐν σκυθίᾳ δεδομέναν (l. ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένου) διὰ τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ **f. *b*. Sequuntur dramatis personae. — Schol. inc.** Τηλουρόν· μακρόν, ὑψηλόν, ἀφ' οὗ τῆλε καὶ μακρᾷ (l. μακρὰν) ὁρᾶν τις δύναται. **— Dramati subicitur epigramma** σκωπτικόν. **Inc.** Αἰσχύλε, τί φῄς; τοὺς θεούς σου προσφέρεις || πάσχοντας αἰσχρῶς ἐκ θεῶν ὁμοτρόπων **f. 33 v.**

II. Septem ad Thebas f. 35 v. Inscripserat primum scriba Εὐμενίδες, quod dein calami ductu delevit. — Arg. inc. (Λ)άϊος ἐβασίλευσεν ἐν Θήβαις, ἔσχε δὲ τὴν Ἰοκάστην γυναῖκα f. 34. — Schol. inc. Δημιουργεῖ (l. δημηγορεῖ) νῦν Ἐτεόκλης (l. Ἐτεοκλῆς), ὡς δεῖ τὸν τῆς πόλεως προϊστάμενον.

156. Chart. in 4, saec. XV, fol. 96. Olim ex bibliotheca Io. Huraultii Boistallerii. Titulos operum plerosque omisit scriba, relicto ad eos supplendos spatio idoneo.

SYNESII scripta V, cum lemmatis, correctionibus in margine, varia lectione et scholiolis rarissimis.

I. De regno, ad Arcadium f. 1.

II. (Encomium calvitii) f. 25.

III. (Dion, seu de suo ipsius instituto) f. 43.

IV. (Aegyptius, seu de Providentia libri II) f. 63. Praeit libro primo (προθεωρία) quae inc. (Γ)έγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισί f. 62 v. — Lib. II f. 80 v.

V. (Ad Paeonium, de dono Astrolabii) f. 89.

(ANDRONICI) ZARIDAE epistola (ad Georgium Lacapenum). Inc. Ὡς δ' οὐκ ἦν τις τῶν δεινῶς εἰκαζόντων f. 93 v.

G. LACAPENI ad eundem epistola. Inc. Ὦ παντὸς οὑτινοσοῦν τῶν εἰς τὸν βίον τελούντων f. 94 v.

157. Chart. in 4, trina scriptus manu saec. XIV, alicubi maculatus; fol. 178. Iota subscriptum veteri more ad latus vocalis in codice apponitur. Folia 1-70 docta manu scripta. Olim Burdeloti.

(GEORGII LACAPENI) epistolae XXIV, ad Andronicum et Ioannem Zaridam, Palamam et Zachariam medicum, cum glossis inter lineas, lemmatis in margine, atque anonymi (ipsius Lacapeni?) scholiis grammaticis uberrimis, quae singulas epistolas excipiunt.

I deest, superstitibus tantum scholiis, initio mutilis, quae inc.... υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν f. 1. Prima haec epistola, una cum scholiis, petenda ex cod. Vat. 113, f. 203, ubi inc. Τῷ μηδὲν ἡμᾶς σοι γράφειν ἀχθόμενος.

II (ad Andr. Zaridam). Inc. Ὃ πάλαι φίλτρον ἡμῖν ἐνέτηξας f. 2. — Schol. inc. Τὸ πάλαι ἀντιδιαστέλλεται πρὸς τὸ νῦν, ἤτοι ποτέ, ἢ πρὸ πολλοῦ.

III ad Ioannem Zaridam. Inc. Ἐμοὶ σὺ δοκεῖς f. 4 v. — Sch. inc. Σημείωσαι τὸ δοκῶ παρ' Ἡρωδιανῷ. Citatur etiam Maximus Planudes.

IV ad Andr. Zaridam. Inc. Ἀπειρηκότα ἤδη με f. 9. — Sch. inc. Ὅτι στέρω καὶ στερῶ καὶ στερίσκω τὸ αὐτό.

V ad eundem. Inc. Εἰ πρὸς τὸν ἔχοντα f. 13 v. — Sch. inc. Τὸ Εἰ σύνδεσμος.

VI ad Io. Zaridam. Inc. Τὸ σιγᾶν εἴ τις αἱροῖτο f. 17. — Sch. inc. Δοκῶ μοι, νομίζω, οἶμαι, ὑπολαμβάνω.

VII ad Palamam (in cod. Vat. 113, f. 218 v. omissum est consulto nomen). Inc. Ἰοὺ ἰοὺ καὶ σοφὸς ἡμῖν ἐξαίφνης f. 22. — Sch. inc. Τίθημι τὸ καθίστημι· οἷον τίθημι νόμους.

VIII (ad Andr. Zaridam?). Anepigrapha et in cod. Vat. 113. Inc. Ἐμοὶ πολλὰ μὲν τὸ θαρρεῖν σοι f. 29 v. — Sch. inc. Ὅτι θαρρῶ ἀμεταβάτως λέγεται.

IX ad Ioannem Zaridam. Inc. Ἦπου σὺ τρυφᾷς f. 34. — Sch. inc. Τὸ ἦπου λέγεται καὶ ἀντὶ τοῦ ὄντως.

X ad Zachariam medicum. Inc. Ὀρθῶς ἄρα εἴκαζες f. 38. — Sch. inc. Ὅτι εἰκάζειν λέγεται ἀντὶ τοῦ ὑπολαμβάνειν.

XI ad (Andr.) Zaridam. Inc. Ὦ παντὸς οὑτινοσοῦν f. 44 v. — Sch. inc. Πειρᾶν καὶ πειρᾶσθαι διαφέρει.

XII ad eundem. Inc. Σὺ δὲ μεμφόμενος τό f. 49. — Sch. inc. Ὅτι τὸ μέμφομαι παρὰ μὲν τοῖς κοινοῖς συντάσσεται αἰτιατικῇ.

XIII ad eundem. Inc. Καλή γε ἡ περὶ ἡμᾶς σου κηδεμονία f. 52 v. — Sch. inc. Κηδεμονία ἡ μετὰ σπουδῆς συνεχοῦς ἐπιμέλεια.

XIV ad eundem. Inc. Ἄρ' (cod. ἄρ') ὅστις ὥσπερ σύ f. 56 v. — Sch. inc. Τὸ ἄρα ἐνταῦθα ἀντὶ τοῦ ἀληθῶς.

XV ad eundem. Inc. Ἐξ αὖ νῦν ἔφυγες f. 58. — Sch. inc. Ἠχθέσθην ἐπὶ τῷ δεῖνι.

XVI (ad Ioann. Zaridam). V. cod. Vat. 113, f. 249 v. Inc. Οὐκ ἂν οἶμαί σε ῥᾳδίως f. 71. Epistolae abhinc, alia scriptae manu eiusdem aetatis, inscriptionibus et scholiis carent.

XVII (ad Andr. Zaridam). Inc. Ἰδοὺ ἥκει σοι μόλις καὶ τὰ στιχίδια (l. στοιχ.) f. 74.

XVIII (ad eundem). Inc. Τὴν γὰρ ἀοιδὴν κλύουσιν f. 75 v.

XIX (ad eundem). Inc. Τὸ δὲ σὲ πρὸς τὴν τῶν καλῶν f. 81.

XX (ad eundem). Inc. Σὺ μὲν ἴσως f. 85.

XXI (ad eundem). Inc. Ὃν ἐπὶ τῇ μητρὶ λόγον f. 86.

XXII (ad eundem). Inc. Ἀλλ' οὐδὲ τὸν Ἡρακλέα f. 88 v.

XXIII (ad eundem). Inc. Σὺ γὰρ δὴ καὶ κεφαλῇ τῇ ἐμαυτοῦ f. 89.

XXIV (ad eundem). Inc. Ὄντως σὺ πανταχόθεν f. 90.

Andronici Zaridae ad Georgium Lacapenum epistolae VIII, cum scholiis passim in III priores, et glossis.

I inc. Ὡς δ' οὐκ ἦν τις f. 42 v. — Sch. inc. Ἄμαχον λέγεται τὸ ὑπερφυές.

II inc. Σὲ δ' ἦν τις ἔρηται· Πῇ γῆς διαιτᾷ f. 47 v. — Sch. inc. Ὅτι πλανᾶσθαι τοῦ ἀλᾶσθαι διαφέρει.

III inc. Οὐ θαῦμα εἴ τις Θετταλίαν οἰκῶν f. 51. — Sch. inc. Τίθεμαι καὶ τίθημι τὸ ποιοῦμαι καὶ καθίστημι.

IV inc. Σὺ μὲν εἰς ἱστορίαν ἀφῖχθαι f. 55 v. Abhinc desunt scholia.
V inc. Ἆρ' ἐπισκήψεις μοι f. 57 v.
VI inc. Πολλά μοι τὸ ἐπιστέλλειν f. 71 v.
VII inc. Οἶσθα τίη τοι ταῦτ' εἰδότι f. 79.
VIII inc. Ἄτοπόν τι καὶ θαύματος πλῆρες f. 87.

Theoduli (sive Thomae) Magistri vocum Atticarum ecloga, quas veterum praestantiores usurpant etc., cum lemmatis gr. in margine. Lacunis codex multifariis laborat. Inc. Ἀρχὴ τοῦ ᾱ † Αἰχμάλωτον ποιῶ καὶ αἰχμάλωτος γίνομαι f. 93. Folia 108, 111-112 aquis maculata, scriptura carent, ut et f. 169.

158. Chart. in 4, saec. XV, exaravit Ioannes Anagnostes seu Lector; fol. 79. Olim Alexandri Petavii, Pauli filii, Senatoris Parisiensis, anno 1647.

(Anonymi) Grammatices institutio, in libros II, ut videtur, distincta, cum additamentis passim in margine a manu recentiore rudissima. Inscriptiones et lemmata minio depicta. Exorditur grammatica eodem prorsus modo, quo Theodosii Erotemata in codd. Vat. 1356, f. 1 et 1357, f. 3, in reliquis vero ab eis mirum quantum discrepat.

Liber I incipit a Prosodia: Περὶ προσῳδίας καὶ πόσαι προσῳδίαι. Προσῳδίαι εἰσὶ δέκα· ὀξεῖα, βαρεῖα etc. f. 1. In margine superiore huius folii legitur hexameter minio descriptus: Χριστέ, δίδου μογέον(τι) τεὴν πολύολβον ἀρωγήν. — Capita praecipua, quae sequuntur, nullo signata numero, sunt haec: I De verbo. Inc. Γίνωσκε ὅτι τῷ ῥήματι ὀκτὼ παρέπονται τινά f. 17. — II De pronominibus. Inc. Ὁ ἐμός, ἡ ἐμή, τὸ ἐμόν f. 27. — III De praepositionibus. Inc. Προθέσεις εἰσὶ μονοσύλλαβοι f. 28. — IV De adverbiis. Inc. Ποσαχῶς; τὰ ἐπιῤῥήματα; πολλαχῶς· ἢ γὰρ τοῦ χρόνου δηλωτικά εἰσιν f. 31 v. — V De syntaxi. Inc. Ἐὰν θέλῃς ἵνα (sic) συντάσσῃς κατὰ τέχνην πᾶν ὅπερ βούλει f. 42 v. — VI Συντάξεις τοῦ Μεταφραστοῦ. Inc. Σκόπει τοῦ Μεταφραστοῦ συντάξεις Ἀττικὰς εἰς τοῦ ἁγιόυ Συμεὼν τὸν λόγον f. 49. Laudat auctor alias eiusdem Symeonis Metaphrastae in sanctos orationes, in quibus syntaxis attica pro communi usurpatur. — VII De heroico metro. Inc. Τὸ ἡρωϊκὸν μέτρον δέχεται καὶ αὐτὸ πόδας ἓξ f. 51 v. — Liber hic primus clauditur subscriptione iambica: Τῷ δόντι τέρμα τῆς βίβλου Θεῷ χάρις: ἀμήν. ἀμήν. ἀμήν.

(Lib. II), de verborum syntaxi, litterarum ordine. Inscribitur: † Ἔκθεσις τῶν ῥημάτων κατὰ στοιχείων (l. στοιχεῖον), ὁποίᾳ τούτων ἕκαστον πτώσει συντάσσεται. Inc. Ἀρχὴ τοῦ ᾱ, ὅσα εἰς γενικήν. Αἰσθάνομαι ἀντὶ τοῦ αἴσθησιν λαμβάνω· γενικῇ· οἷον αἰσθάνομαί σου καὶ ᾐσθόμην σου ἐπὶ χρόνου παρεληλυθότος· ἀκούω σου, ἀλλὰ καὶ ἀκούω σε f. 53. Des. Ὥριστος· ὁ ἀόριστος. Ὤνθρωπος· ὁ ἄνθρωπος. Subscriptio scribae folio ultimo, nullo signato numero, eadem manu qua integer codex, minio exarata: ἰωάννης ἀναγνώστης.

159. Chart. in 8, saec. XVI, ab Andrea Darmario exaratus, fol. 17, quae alia 24 sequuntur sine scriptura.

HERMIAE philosophi Διασυρμὸς τῶν ἔξω φιλοσόφων, sive ethnicorum philosophorum irrisio. Inc. Παῦλος ὁ μακάριος ἀπόστολος f. 1.

GREGORII Nazianzeni disticha ad Magnum Basilium, cum paraphrasi NICETAE DADYBRI (τοῦ Δαδύβρου). Primum distichon inc. Πᾶσα μὲν οὐρανίη στρατιὰ γήθησεν ἰόντα (sic pro ἰόντι) f. 13. Paraph. inc. Πάντα μὲν τὰ οὐράνια τάγματα συνεχάρισαν (sic cod.) ἀνερχομένῳ τῷ Ἁγίῳ.

Subscriptio scribae ad calcem: † ὑπὸ ἀνδρέου δαρμαρίου σὺν Θεῷ πέρας εἴληφεν:

160. Chart. in 4, saec. XV nitide et accurate scriptus; fol. 100. Olim Burdeloti.

MANUELIS MOSCHOPULI Erotemata grammatica. Cap. I, de prosodia. Inc. Τί ἐστι προσῳδία; ποιὰ τάσις ἐγγραμμάτου φωνῆς (ut apud Theodosium ed. Göttling, p. 61) f. 1. Clauditur grammatica coniugatione verbi τύπτω, omisso capite ultimo de Pronomine.

161. Chart. in 4, ex duobus codicibus compactus, quorum prior saec. XV (f. 1-30), alter XVI; fol. 62. Olim Alexandri Petavii, cuius manus agnoscitur ex indiculo a tergo folii praevii adiecto. Omittitur ibi Aristophanis Plutus, dum fragmentum commemoratur *vocabularii* cuiusdam graeci, quod in codice deest.

ARISTOPHANIS Plutus, praevia poëtae vita cum fabulae argumento. — Vita (auctore THOMA MAGISTRO) inc. Ἀριστοφάνης ὁ κωμοδοποιός (l. κωμῳδιοποιός) f. 1. — Arg. inc. Βουλόμενος Ἀριστοφάνης σκῶψαι Ἀθηναίους f. 1 v. — Plutus f. 3. In marginibus, vocum plurimarum interpretatio latina manu saec. XVI.

(Index, litterarum ordine, operum aliquot graecorum) f. 33-62. Inc. A. Ἀῤῥιανοῦ ἱστορία. Ἀποστολικῶν κανόνων ἐξήγησις καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν κανόνων. Littera A des. Ἀγρίππα δημηγορία. Inter f. 36 et 37 scheda latine scripta, cum adnotationibus anonymi in Catenam aliquam Sanctorum Patrum.

162. Chart. in 8, saec. XVI, manu, ut videtur, Andreae Darmarii, fol. 66. Charta bibula.

(Michaëlis Pselli) Opiniones (variorum) de anima. Inc. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν ἄλογοι, αἱ δὲ λογικαί f. 1. In ima huius folii pagina habetur index, qui inc. *Anonymi de Anima celebres opiniones*. Inter f. 46 et 47, schedula, cum nonnullis quae inc. Εἰ μᾶλλον οὐσία τὸ εἶδος τῆς ὕλης. Folia 53 v.-56 vacua.

Theodori Abucarae philosophi, Carum episcopi, doctrina compendiaria de divinis nominibus, tam Trinitati communibus, quam propriis cuiusque personae. Inc. Ἔστιν ὀνόματα κοινά f. 59. Praefigitur prooemium de Dei nominibus. Inc. Τὸ θεὸς ὄνομα ἀπό τινος ἐνεργείας f. 57. — Integrum opus excipiunt folia 62-65 vacua.

(Schema virtutum) f. 65 v.

163. Chart. in 8, saec. XV, latina manu descriptus, fol. 173. Fine mutilus. Olim Burdeloti.

(Manuelis) Chrysolorae Erotemata (grammatica), cum versione latina inter lineas in sex foliis prioribus, et notulis passim in margine. Inc. Εἰς πόσα διαιροῦνται τὰ εἴκοσι τέσσαρα γράμματα; f. 1. Prima haec pagina eleganter marginata, cum littera initiali pariter venusta. Folia 171, 172 sine scriptura.

(Synesii epistola ad Troïlum). Inc. Εἰ δὲ θανόντων περ (ex Iliad. XXII, 389-390) f. 172 v. Est CXXIII^a apud Hercher, *Epistologr. gr.* Mendis scatet in codice nostro, et lacunis laborat.

164. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 35.

(Nicephori) Blemmydae, monachi et presbyteri, liber de anima maxime necessarius (sic cod.). Inc. Ἡ μὲν ὁρμὴ τοῦ λόγου f. 1. In summo margine folii 12 leguntur haec: ὡς θαυμασίως ἀποδείκνυσι (Blemmides) τὴν τῆς ψυχῆς ἀθανασίαν.

(Eiusdem?) Theoria de quatuor elementis, ex quibus mundus constat. Inc. Ὅρος θερμοῦ: θερμόν ἐστι τὸ μετὰ τοῦ συγκρίνειν τά τε ὁμογενῆ καὶ τὰ μὴ ὁμογενῆ f. 22 v. Pauca sunt. Fol. 24 vacuum.

Theodori Gazae, περὶ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου, sive de iis, quae sponte, et non sponte facimus. Inc. Περὶ δὲ ἑκουσίου καὶ ἀκουσίου ἀπορήσειεν ἄν τις f. 25.

165. Chart. in 8, saec. XV, Venetiis nitide exaratus, fol. 171. Olim Alexandri Petavii, Pauli filii, senatoris Parisiensis, a. 1659.

Eustathii philosophi, de Hysmines et Hysminiae (sic codd. non Ismeniae et Ismenes ut vulgo scribitur) amoribus libri XI, cum additamentis et emendationibus in margine a manu recentiore. — Liber primus inc. Πόλις Εὐρύκωμις καὶ τ' ἄλλα μὲν ἀγαθή f. 1. Liber ultimus inc. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ πάλιν ἐπὶ τὸν βωμὸν γενόμενοι f. 155 v.

Subscriptio ad calcem postremi libri, ab alia, ut videtur, manu: ἐνετίησι γραφέν f. 171 v. Sequuntur folia aliquot sine scriptura, praeter haec: Αὕτη ἡ βίβλος ἀνάγνωσις εὐφροσύνης.

166. Bombyc. et chart. in 8, fol. 217. Folia bombycina, quorum plura tineis aevoque corrosa, sunt saec. XIV; chartacea saec. XV.

Constat codex partibus binis (serie tamen numerorum non interrupta), quarum prior clauditur folio 112.

Constantini Manassis synopsis chronica, versibus scripta (politicis), ab orbe condito usque ad Nicephorum Botoniatam Imp., cum prooemio ad Irenem, Manuelis (Comneni) uxorem, f. 1-12; 39-206; 215-217 v. — Incipit synopsis in contextu antiquiore a versu 74, cuius supersunt tantum verba ὑπόκιῤῥος ἑτέρα. Quae ab initio desunt, praebent, una cum titulo operis, folium 18 et sequentia, quae ex alio codice recentiore et quidem chartaceo, ad supplendam lacunam ut videtur, desumpta, extra sedem suam male huc inseruit bibliopegus. Ex qua duorum codicum, poëmatis supplendi causa, coniunctione, id necessario consecutum est, ut plura Chronici Manassis, quae in bombycino iam continerentur, eadem in chartaceo repetita recurrant. Ita factum est, ut duplicem habeamus, ne alia memoremus, ultimorum versuum textum, folio nempe 211 v. et 217 v. De epimetro, quod ad calcem Chronici praebet codex chartaceus, vide infra inter epigrammata f. 211 v., numero VIII.

De templo S. Sophiae, quo tempore conditum sit, f. 13.

Epigrammata XII:

I. In Gregorium Theologum. Inc. Γρηγόριος μούσας πολλῷ πλέον ἤπερ Ὅμηρος f. 13 v. — Epigrammati huic cogitabat librarius aliud praemittere, (illud fortasse quod f. 212 occurrit), ut ex sequentibus verbis liquet, quae vix inchoata calamo delevit: Οὗτοι οἱ ἰαμβικοὶ στίχοι εὑρέθησαν ἐν . . .

II. Marmori Athenis incisum. Inc. Ὅστις καὶ τίνος εἰμὶ τὰ πρῶτα γράμματα φάσει (sic) f. 13 v.

III. Ioannis, Melitenes metropolitae, carmen, quod legitur in Trullo templi S. Sophiae, a Iustiniano Imp. conditi. Inscribitur: ταῦτα τὰ ἔπη εἰσὶν ἐν τῷ Τουρλέῳ (sic) τῆς ἁγίας Σοφίας κτισθέν(τι) ὑπὸ τοῦ Ἰουστινιανοῦ τοῦ βασιλέως· ἔγραψε τὰ παρόντα Ἰω(άνν)ης μ̄ροπολίτης Μελιτηνῆς. Inc. Ἄλλοι μὲν βασιλῆες ἐτιμήσαντο θανόντας || ἀνέρας, ὧν ἀνόνητος ἔην πόνος· ἡμέτερος δὲ || εὐσεβίην σκηπτοῦχος Ἰουστινιανὸς ἀέξων etc. f. 14.

IV. Petri Serbili Epigramma in Porphyrium. Inc. Σὺ πορφυροῦν πέδιλον ἐν λόγοις φέρων || αὐτοκράτωρ πέφηνας ἐν φιλοσόφοις· || τῇ κογχύλῃ δὲ τῶν σοφῶν νοημάτων || βάπτεις ἐρυθρὰς τῶν νοσούντων τὰς φρένας etc. f. 14 v.

V. Epigr. in Nemesis stelam (*A. P.* XVI, 223). Inc. Ἡ Νέμεσις προλέγει τῷ πήχει τῷ τε χαλινῷ f. 15 v.

VI. Aliud in eandem (*A. P.* XVI, 224). Inc. Ἡ Νέμεσις πῆχυν κατέχω· τίνος οὕνεκα; λέξοις. f. 15 v. Reliquum folium scriptura caret, ut et duo sequentia

VII. (Epigramma sepulchrale Tiberii filiae, Mauricii Imp. uxoris). Inc. Ἅδ' ἐγὼ ἡ τριστάλαινα, καὶ ἀμφοτέρων βασιλήων || Τιβερίου θυγάτηρ

Μαυρικίου δὲ δάμαρ, || ἡ πολύπαις βασίλεια καὶ ἡ δείξασα λοχείῃ, || ὡς ἀγαθὸν τετελέσθαι καὶ πολυκοιρανίῃ, || κεῖμαι σὺν τεκέεσσι etc. f. 207.

VIII. (Epigramma dedicatorium (CONSTANTINI MANASSIS?) ad Aristocleam). Inc. Δέχνυσο τοῖον δῶρον ἀφ' ἡμετέροιο πόνοιο, || ὀλβιόδωρε ἄνασσα, κυδίστη Ἀριστόκλεια f. 211 v. Leguntur hi versus, qui numero sunt novem, ad calcem Manassis Chronici in codice chartaceo. Non inveniuntur in bombycino, nec in plerisque codicibus. Edidit Migne, T. XXVII, in fine poëmatis.

IX. Versus senarii, in sepulcro Nicephori Phocae Imp. reperti, qui in monasterio insigni sanctissimae Virginis sepultus est, nunc Σούλουνα appellato, et, Dei permissu, puto (sic), ab Armeniis habitato (ὃ τὸ τῶν Ἀρμενίων γένος, οἶμαι, οἰκοῦσι κατὰ Θεοῦ παραχώρησιν). Inc. Ὁ ταῖς μάχαι(ς) πρὶν καὶ τομώτερος ξίφους || πάρεργον ὤφθη καὶ γυναικὸς καὶ ξίφους || ὃς τῷ κράτει πρὶν γῆς ὅλης εἶχε κράτος, || ὅστις μικρὸς γῆς μικρὸν οἰκεῖ νῦν μέρος etc. f. 212.

X. MAXIMI (PLANUDIS) monachi epigramma in Manuelem (Philen?), rhetorem insignem et philosophum. Inc. Ῥητῆρος μεγάλου τὰ μυρίπνοα ᾄσματα ταῦτα, || μουσῶν καὶ χαρίτων ἔκγονα καὶ σοφίης etc. f. 213.

XI. Epigramma iambicum, extra muros templi sanctissimae Virginis scriptum, quod patriarchium postea factum est. Inc. Μὴ πάλιν εὑρὼν ὁ στρατός σε, Σαγχάλη, || κἂν δεῦρο τὸν χοῦν ἐκτινάξας ἐκρύβης f. 213 v.

XII. Distichon in columnam porphyream, quae barbaris nunc Κιζῆτας nuncupatur: Τὸ θεῖον ἔργον ἐνθάδε φθαρὲν χρόνῳ || καινοῖ Μανουὴλ εὐσεβὴς αὐτοκράτωρ f. 214 v. — Infra habetur subscriptio monogrammatica, in qua plurima nos fugiunt: Μ(ι)χ(αὴλ) Δούκ(ας;) . . . ὁ κτήτωρ. Sequitur alia integris litteris: οὗτος (sic) ἐστὶ κτῆμα τῆς μονῆς παμμακαρίστου, ἡ νῦν πατριαρχεῖον ἐστὶ (sic): ∼ Clauditur demum haec pagina Epigrammate, pedestri sermone, contra publicanos. Inc. Τελώνης ἐστὶ ἀλλοτρίων πραγμάτων μεριστής.

167. Chart. in 8, saec. XV, fol. 55. Nitide scriptus, eadem manu qua codex 169.

EUTHYMII monachi Ἄθροισις εὐσύνοπτος ἀστρονομίας. Verba Εὐθυμίου μοναχοῦ maiusculis aureis descripta, reliqua, ut et inscriptiones omnes, minusculis miniatis. Compendium in capita XV distributum est, quorum primum (de Sphaera) inc. Σφαῖρά ἐστι σχῆμα στερεόν, ὑπὸ μιᾶς ἐπιφανείας περιεχόμενον f. 1; postremum inscribitur: Κλιμάτων αἱ θέσεις f. 17 v. Integrum tractatulum astronomicum excipiunt folia 21-22 sine scriptura.

IOANNIS (PHILOPONI), grammatici Alexandrini, de constructione et usu astrolabii, deque litteris in eo scriptis (commentatio). Inscriptio, ut supra, partim maiusculis aureis, partim minusculis rubris exarata. Inc. Τὴν ἐν τῷ ἀστρολάβῳ τῆς ἐπιφανείας τῆς σφαίρας ἐξάπλωσιν f. 23.

168. Chart. in 8, saec. XIV, fol. 178; fine mutilus. Folia plurima tineis corrosa. Olim Pauli Petavii.

(SYNESII Cyrenaei Epistolae) III-VI, VIII-CLVII, cum glossis inter lineas et scholiolis in margine. Epistola quarta ad Sacerdotes (= quinta ap. Herch. et Mign. T. LXVI), est initio mutila. Inc.... μέσον ἑλκύσατε· ὡς (sic) τοὺς τραπεζίτας τοὺς πονηρούς f. 1. — Ep. quinta est quarta ap. Herch. et Mignium. — Ep. octava ad fratrem, initio mutila, inc.... δεινόν· καὶ ὅταν ἥκῃ f. 14. — Ultima demum (CLVII) ad philosopham magistram est CLIV apud Hercherum. Inc. Τῆτες ἐξήνεγκα δύο βιβλία f. 163.

LIBANII sophistae Epistolae XLIV. Prima, anepigrapha, inc. Ἐγώ σε φίλον τε ᾔδειν ἐμαυτοῦ f. 167. Postrema, pariter anepigrapha, fine mutila, inc. Ἐν τῇ κεφαλῇ μου κατοικεῖ πάθος f. 178. Des. ἀλλ' ὅτι καὶ χρηστὸς ὥσπερ...

169. Chart. in 8, saec. XV, eadem exaratus manu, qua cod. 167; fol. 124. Olim *ex libris D. M. Hospitalis Franciae cancellarii. Dono d. a D. Conuers XXIIII^a Martii 1587* (sic in margine superiore folii 1). Postea Alexandri Petavii, senatoris Parisiensis.

EUCLIDIS Introductio harmonica. Inscriptio Εὐκλείδου maiusculis aureis, reliqua minusculis miniatis. Inc. Ἁρμονική ἐστιν ἐπιστήμη θεωρητικὴ καὶ πρακτική f. 1.

Eiusdem κατατομὴ κανόνος, sive Sectio canonis. Inc. Εἰ ἡσυχία καὶ ἀκινησία σιωπὴ ἂν εἴη f. 16. Inscriptiones omnes minio depictae.

170. Chart. in 8, saec. XVI, fol. 116. Margines amplissimi.

(EPICURI Physica et Meteorologica, duabus epistolis comprehensa). — I. Phys. inc. Τοῖς μὴ δυναμένοις, ὦ Ἡρόδοτε, f. 1. Integram epistolam excipiunt folia 73, 74 sine scriptura. — II. Meteor. inc. (Ἤ)νεγκέ μοι Κλέων τὴν ἐπιστολὴν παρὰ σοῦ f. 75.

171. Chart. in f. saec. XVI, fol. 80. *Hic codex similis est alteri, qui extat inter codices graecos Vaticanos Num. 1482* (saec. XVI), *in eo vero desunt* (non desunt) *literae extremae* Ψ *et* Ω (sic in margine superiore folii 1). Aliud extat exemplar Neapoli, codd. gr. III. A. 8, in quo legitur (f. 79) subscriptio librarii: Τέλος εἴληφε τὸ παρὸν βιβλίον διὰ χειρὸς ἐμοῦ Ἰωάννου Μαυρωμάτου τοῦ ἐκ Κειρκύρων κατὰ μῆνα Δικέβριον (sic) ͵ι ͵αφνε ἀπὸ Χριστοῦ γεννήσεως. (v. Cozza apud De Rossi, *La bibl. d. Sede Apost.* p. 45-48; Gardthausen, *Griech. Palaeogr.* p. 327).

(MICHAËLIS RHOSAITI Graeci) Πίναξ sive tabula, litterarum ordine, librorum omnium graecorum bibliothecae τοῦ παλατίου, i. e. Vaticanae,

(iussu Pauli III a. 1534-1549 graece confecta). Inc. Ἀππιανοῦ τῆς ἰταλικῆς ἱστορίας βιβλία ε' f. 2. Clauditur Origenis operum recensione. Folium ultimum 80, sede sua motum, spectat ad litteram Π. — Tabulae praefigitur auctoris praefatio, quae inc. Ἔδει μὲν, ὦ ἄνδρες φιλομαθεῖς καὶ φιλέλληνες, πρὸ πολλοῦ τὴν τῶν ἐνταυθὶ ἑλληνικῶν βιβλίων τάξιν ζητῆσαι f. 1 v.

172. Chart. in f. saec. XIV, fol. 231. Codex aquis valde maculatus.

(Nomina mensium apud Romanos, Macedones, Aegyptios et Iudaeos) f. 1.

Galeni opera III:

I. Περὶ φαρμάκων κατὰ γένος συνθέσεως, sive de compositione medicamentorum secundum genera libri VII, cum indice in singulos, tertio excepto, et lemmatis graecis in margine. — Argumentis sive titulis suis, ex indice repetendis, carent libri I (f. 1 v.), II (f. 16), IV (f. 46 v.), VI (f. 78), VII (f. 90 v.-104, 230). Liber III inscribitur: Γαληνοῦ etc. περὶ νευροτρώτων f. 32 v. Deest index, ad quem supplendum librarius idoneum reliquit spatium. Lib. V: Περὶ τῶν πολυχρήστων φαρμάκων f. 63 v.

II. Περὶ συνθέσεως φαρμάκων τῶν κατὰ τόπους, sive de compositione medicamentorum secundum locos, libri X, cum lemmatis in margine, omissis indicibus, spatio tantum relicto. In inscriptione librorum aliquot post verba κατὰ τόπους additur πεπονθότων. — Librorum I (f. 105) et II (f. 123 v., 121, 124-132) omissi sunt tituli. Lib. III inscribitur: Περὶ τῶν ἐν τοῖς ὠσὶ παθῶν καὶ περὶ τῶν ἐν τοῖς μυκτῆρσιν f. 132. L. IV: Περὶ συνθέσεως καὶ χρήσεως τῶν ὀφθαλμικῶν φαρμάκων f. 145. L. V: Περὶ ὑπωπίων f. 158 v. L. VI: Καθολικὴ διδασκαλία περὶ τῶν στοματικῶν φαρμάκων f. 170. L. VII: De compositione medicamentorum τῶν κατὰ ἀναπνευστικὰ συμβαινόντων παθῶν f. 185 v. L. VIII: Πρὸς τὰς στομαχικὰς διαθέσεις f. 199 v. L. IX titulo caret. Inc. Γίνονται μὲν ἰκτερικοί f. 213 v. L. X: Περὶ νεφροτικῶν f. 224.

III. De mensuris et ponderibus (doctrina), omisso auctoris nomine. Inc. Ὁ χοῖνιξ ἔχει f. 229. Hunc tractatulum, Galeno vulgo adscriptum, alius excipit de eodem argumento. Inc. Ἐπειδὴ περὶ τῶν μέτρων καὶ σταθμῶν καὶ σημείων f. 229 v. Continuatio huius folii quaerenda fol. 231. — In imo margine folii 231 v. leguntur haec: τὸ παρὸν βιβλίον ἤγουν θεραπευτικὴ τοῦ σοφοῦ Γαλινοῦ ὑπάρχη (sic) τοῦ... nec plura.

173. Chart. in f. saec. XV, fol. 361, quorum series alicubi perturbata. Folia 358 et 359 in margine superiore igni adusta. Olim Burdeloti.

Galeni opera VII:

I. In Hippocratis Prognosticon commentariorum libri III. Inscriptiones rubras fere combibit charta. Lib. I f. 1. Integros commentarios, quibus verba Hippocratis enucleanda constanter praefiguntur, excipit folium 72 v. sine scriptura.

II. (De antidotis libri II). Supersunt in codice, foliis plurimis avulsis, ultima tantum verba libri secundi, nempe ... καταπότιον τοῦ αὐτοῦ ὑδροφοβικόν f. 73. Subscriptio: τέλος σὺν Θεῷ Γαληνοῦ περὶ ἀντιδότων.

III. In HIPPOCRATIS de diaeta in morbis acutis librum commentarii quatuor: — I f. 73 v. II f. 96 v. III f. 122 v. IV f. 147 v. fine mutilus; exit in verba ἢ ὅλως τῆς ἰσχυρᾶς γεννη ...

IV. In librum (HIPPOCRATIS) de natura humana commentarii II, cum lemmatis prima manu in margine et correctionibus supplementisque alia manu additis. — I f. 185. II f. 208 v.

V. In librum HIPPOCRATIS de victu salutari commentarius f. 222. Inscriptionem, quam, ne spatio quidem ad eam supplendam relicto, omiserat librarius, supplevit alia manus, cui debentur, ut supra, additamenta et correctiones in margine.

VI. Ad Thrasybulum περὶ ὑγιεινῶν (seu de sanitate tuenda) libri VI, cum indicibus in secundum et tertium: — I f. 233. II f. 253 v. III f. 275 v. IV f. 294 v. V f. 313 v. VI f. 334 v. Subscripsit male librarius: τέλος σὺν Θεῷ τοῦ περὶ διαίτης ὀξέων νοσημάτων f. 355 v.

VII. De ptisana liber, cum lemmatis graecis in margine f. 355 v.

174. Bombyc. in 4, saec. XIV, fol. 251. Olim Macarii monachi medici et magistri Ioachimi. Codicem exarasse videtur Constantinus Theognostus Selagites (v. f. 62 v. et 251 v.). Scholiis in margine damnum saepe intulit bibliopegi forfex. Verba plurima vetustate consumpta retractavit manus recentior. Folio praevio, pariter bombycino, leguntur haec, summis litteris a bibliopego excisis: *Mag*[ri] *Ioachimi pr*(ovinciae) *Venet*(ae) *gene*(ralis). Sequitur anonymi tractatulus astronomicus graece, eadem, qua codex, scriptus manu; inc. Ὦ ξένε, μᾶλλον δὲ νηφίλιος (sic) ψυχή, ἐρῶ σοι. Clauditur hoc folium monocondyliis, quae significant: Μακάριος μοναχὸς ὁ ἰατρὸς ὁ ἁμαρτολός (sic)· εὔχεσθε περὶ αὐτοῦ, accentibus omnibus omissis.

GALENI θεραπευτικῆς μεθόδου, seu de curandi methodo libri XIV, praeviis indicibus in singulos, et cum scholiis rarissimis in margine, littera minuta, lemmatisque alicubi, f. 1. — Fine mutili sunt liber quintus (f. 81 v.) et decimus (f. 158), initio liber sextus (f. 95) et undecimus (f. 174). — In margine superiore folii 34 v., quod ad libr. II spectat (f. 23 v.), leguntur haec: κενὰ λῆρεῖς γαληνὲ καὶ πάρεργα. — Folio 62 v., ad calcem libri tertii (f. 41) habentur haec: Θκε (θεοτόκε), βοήθει μοι τῷ σῷ δούλ(ῳ) κωνσταντίνῳ θεογνώστ(ῳ) σελαγίτ(ῃ) τῷ πόθῳ, et in margine superiore folii 63, quo incipit liber quartus: θεοτόκε, προηγοῦ μοι τῷ ἀθλίῳ. — Clauditur demum codex verbis: † εἴληχε τέρμα διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ †, et paullum infra iteratum est scribae nomen (v. f. 62 v.) siglis expressum.

175. Chart. in 4, saec. XIV, fol. 264. Madore inquinatus, praesertim principio et fine. Folio praevio, a tergo, inest index rerum latine scriptus.

Galeni opera V:

I. (In Hippocratis Prognosticon commentarii III), cum prologo, et, in margine, scholiolis rarissimis lemmatisque minio depictis. Textus Hippocratis minio distinguitur. Prologus (f. 1) a Galeno abiudicatur in scholiolo: ὡς δοκεῖ μοι, ὁ πρόλογος οὗτος οὐκ ἔστι τοῦ Γαληνοῦ, οὔτε γὰρ τῇ γνώμῃ τούτου, οὔτε τῇ φράσει ἔοικε. **— Comm. I f. 2. Fol. 33 v. sine scriptura, sed nihil deest. — II f. 34. — III f. 63 v. Fol. 88 v. sine scriptura, etsi integer commentarius.**

II. In Hippocratis Prorrheticon commentarii III, cum scholiolis rubris in margine. — Comm. I f. 89. — II f. 113 v. Folia 141 v.-142 sine scriptura, incolumi textu. — III f. 145.

III. Περὶ δυσπνοίας, **sive de difficili respiratione, libri III, cum scholiis et lemmatis in lib. I. — Lib. I f. 179 v. — II f. 198 v. — III f. 217 v.**

IV. Περὶ τῶν τῆς ἀναπνοῆς αἰτίων, **sive de causis respirationis (opusculum) f. 240 v.**

V. Περὶ κινήσεως μυῶν, **sive de musculorum motu, libri II. — Lib. I f. 242. — II f. 257 v.**

176. Chart. in f. saec. XIV, fol. 302. Aquis medio et fine foedatus. Folium 90 atramento maculatum, ultimum lacerum.

Epigrammata duo, sequenti Pauli Aeginetae operi praefixa. Primum: Παῦλος ἰητρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων || ἀνδράσιν ἠδὲ **(cod.** ἤδη**)** γυναιξὶν νούσων εὕρατο **(sic)** παῦλαν. || Αἴγινα δ' αὐτὸν ἔνεικε, βαβαὶ πόσον ἄνδρα τοσῆδε **(l.** τοσήδε**)! f. 1. — Alterum inscribitur:** Παύλου Αἰγινήτου πρὸς Καλλίμαχον Πληϊὰς ἢ συνέκδημος, **et sic se habet:** Υἱέι **(sic)** Καλλιμάχῳ κειμήλιον ὤπασε Παῦλος || ἐπιβαλὼν βιβλίοις πᾶσαν ἀκεστορίην. || Πληϊὰς δὲ κέκληται ἐπωνύμως, τοῖς ζ' ἄστρασι τῆς ἀμάξης, ὅτι καὶ ἀνακυκλοῖ καὶ περιάγοι **(sic)** τὸν ἰατρόν, ὡς κἀκεῖνα **(sic)** τὸν ἴδιον πόλον. **Verba** Πληϊὰς δὲ **etc., quae distichon excipiunt, pedestri scripta sermone, a superioribus distinximus, quamvis in codice non secus ac versus interpunguntur f. 1.**

(Pauli Aeginetae Artis medicae compendii) libri VII, praeviis ipsius auctoris, ut videtur, indicibus in singulorum librorum capita, et cum paucis in margine scholiolis. Laudantur a Paulo, ex antiquioribus medicis, Galenus imprimis, Aëtius, Alexander Trallianus et Oribasius. Titulos capitum alicubi fere combibit charta.

Liber I constat capitibus centum, quorum primum inscribitur: Περὶ τῶν συμβαινόντων ταῖς κυούσαις, καὶ πῶς αὐτὰς διαιτητέον **f. 2. Praeit prologus, fine mutilus, qui inc.** Οὐχ ὡς τῶν παλαιοτέρων **f. 1. Capiti primo**

praefigitur DIOCLIS (Carystii) epistola prophylactica (f. 2), et libro eidem, tanquam ultimum caput, postponitur altera eiusdem epistola ad Antigonum regem (de tuenda secunda valetudine) f. 29.

Lib. II, capp. ζ', cum prooemio de febribus, quod inc. Μετὰ τὴν τῶν ὑγιεινῶν f. 30.

L. III, capp. πα'. Primum: Περὶ ἀλωπεκίας etc. f. 55.

L. IV, capp. νη'. Prim. Περὶ ἐλέφαντος f. 133 v.

L. V, capp. ξγ'. Prim. Προφυλακτικὰ πάντων κινητῶν ἰοβόλων f. 162.

L. VI, capp. ρλδ'. Prim. Προοίμιον τῶν χειρουργουμένων f. 176.

L. VII, capp. κς'. Prim. Περὶ τῆς τῶν ἀπὸ γευστῶν ποιοτήτων (l. πιοτ.) δηλουμένων κράσεως f. 223 v. Caput tertium lexicon praebet copiosissimum herbarum, quarum virtutes medicae describuntur. Caput denique κε' catalogum exhibet, in litteram pariter digestum, τῶν ἀντιβαλλομένων sive succedaneorum, ex Galeno.

PAL(L)ADII (iatro)sophistae, περὶ βρώσεως καὶ πόσεως, sive de cibo et potu (libellus). Inc. Δεῖ (cod. εἰ) εἰδέναι, ὅτι τὸ στόμα f. 302. Desin. ἀνοδύνως καὶ ἀλύπως καθαίρειν. Voces aliquot comederunt blattae.

177. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 54.

NONNI ABBATIS collectio et expositio historiarum graecarum, quas in sequentibus orationibus quatuor memorat GREGORIUS NAZIANZENUS:

I. Oratio funebris in S. Basilium. Historiae sunt numero XXIV, cum prologo qui inc. Οἱ τῶν ἔξω ῥήτορες f. 1. Prima: de Pelope. Ultima: de Mausulo Care.

II. Orat. in Sacra Lumina. Historiae XXIV. Prima: de Iove f. 8. Ultima: de cultu animalium apud Aegyptios.

III. Prima invectiva adversus Iulianum, cum prooemio Nonni quod inc. Ὁ λόγος στηλιτευτικὸς ψόγος ἐστί f. 15. Historiae XCVIII. Prima: de Empedocle f. 15. Ultima: de Iove ad convivium festinante.

IV. Altera invectiva f. 43. Historiae XXXIII. Prima: de Ariadnae corona, et Coma Berenices. Ultima: de Prometheo.

178. Chart. in 4, saec. XVI, varia scriptus manu; fol. 84, quorum primum et sextum pessime ac festinanti calamo exarata, cui debentur etiam additamenta et emendationes passim in marginibus.

ASPASII philosophi (commentarius) in Ethica (Aristotelis). Inc. Ἐστὶ δῶρον καλῶς διδόμενον f. 1.

(PORPHYRII) de Virtutibus (liber). Inc. Ἄλλαι ἀρεταὶ τοῦ πολιτικοῦ f. 80.

179. Membr. in 4, saec. X, varia manu scriptus, fol. 169. — Cf. L. Zaccagnii *Collectanea monumentorum veterum Ecclesiae Graecae ac Latinae, quae hactenus in Vaticana bibliotheca delituerunt,*

Romae, typis de Propaganda Fide MDCXCVIII, p. 402 sqq. — Inscriptiones omnes, cum in margine tum in ipso opere, nigris scriptae litteris, colore modo herbaceo, modo rubro, aliae alio illinuntur, a fol. 3 ad f. 81.

(Πίναξ sive tabula lectionum epistolarum, quae in omnibus Orientis Ecclesiis suo quaeque tempore diebus Dominicis recitantur); initio mutila. Inc.... τῇ κυριακῇ πρὸς Ῥωμαίους f. 1. Accedunt lectiones in sanctorum et defunctorum memoriam f. 21. — In margine significantur lectiones, quae Euthalii tempore, in ecclesia Alexandrina in usu erant.

Euthalii, Sulcensis Episcopi, in Actorum Apostolorum capita expositio, ad Athanasium (iuniorem) Alexandriae Episcopum. In titulo codicis, uncialibus exarato litteris, male scribitur Ἀθανασίου ἐπισκόπου Ἐούλκης ἔκθεσις etc. pro Εὐθαλίου ἐπ. Σούλκης, ut legitur folio 52 v. Prologus inc. Ὅσοι τῆς ὄντως f. 3. — Clauditur numero stichorum ρν. Sunt autem tantum 110 in codice nostro, qui a librario ex antiquo exemplari non accurate expressus fuit. Prologum excipit ἀνακεφαλαίωσις sive summarium lectionum, cum capitibus suis et auctoritatibus, stichorumque numero quibus singula constant. Inc. Ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων f. 5 v.

Argumentum Actorum App. Inc. Πράξεις ἀποστόλων τὸ βιβλίον καλεῖται f. 7. Sequuntur Diaconorum nomina f. 8. In margine latine monetur lector, ut Oecumenium conferat in Praef. ad Acta App.

S. Pauli ἀποδημίαι, sive Peregrinationes. Inc. Ἀπὸ Δαμασκοῦ ἤρξατο f. 9. In margine: « *Oecum. p. 192* ». Sequitur alia quam supra Expositio in Actorum capita. Inc. Ἐκ πατέρων ἡμεῖς καὶ διδασκάλων f. 9 v. Folio 12 v. ubi verba: καὶ οὗτοι οἱ ἀριθμοὶ οὓς εὑρήσει μένους ἐν τῷ τεύχει (sic prorsus, spatio relicto inter εὑρήσει et μένους), errat Zaccagnius dum dicit inveniri in codice *Regio-Alexandrino* εὑρησαμένους, quod probat. Supplendum est εὑρήσει(ς κει)μένους ἐν τῷ τεύχει.

Lucae Evangelistae Acta Apostolorum, f. 13 v.-52.

Euthalii (male cod. Ἐκθαλίου), Sulcensis Episcopi, Expositio in Catholicarum VII epistolarum capita, ad Athanasium (iuniorem), Alexandriae Episcopum, missa. Inc. Μικροῖς μὲν καὶ μικρὰ τολμῶσιν f. 52 v.

Epistolae catholicae, cum suis lectionibus, capitibus, testimoniis, argumentis, stichorumque numeris, hoc ordine sese excipiunt: Iacobi f. 55 v. — Petri I et II f. 59, 63 v. — Ioannis I, II, III f. 66, 69, 69 v. — Iudae f. 70 v.

Euthalii, Sulcensis Ep., prologus in Pauli Epistolas XIV. Inc. Τὸ φιλομαθὲς καὶ σπουδαῖον ἀγάμενος f. 71 v. — Sequitur Apostoli Martyrium quam Narrationem auctorem habere non ipsum Euthalium, sed patrem illum antiquum qui ante Sulcensem episcopum Pauli Epistolas in capita distinxerat, docet Zaccagnius *l. c.* Inc. Ἐπὶ Νέρωνος τοῦ καίσαρος f. 75 v.

Pauli epistolae, cum suis lectionibus, capitibus, testimoniis, stichorum numeris: — Ad Romanos f. 84. — Ad Corinthios I et II f. 96, 107 v. —

Ad Galatas f. 116. — Ad Ephesios f. 120. — Ad Philippenses f. 124 v. — Ad Colossenses f. 128. — Ad Thessalonicenses I et II f. 131 v., 134 v. — Ad Hebraeos f. 137. — Ad Timotheum I et II f. 147 v., 151. — Ad Titum, fine mutila. Des. ἐν κακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες· στυ... (III, 3) f. 154.

Ioannis Apocalypsis, cum prooemio quod inc. Ἡ Ἀποκάλυψις μέν ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις f. 155. Scripsit alia manus eiusdem aetatis.

180. Chart. in 4, bina manu saec. XVII scriptus, fol. 30. Olim Burdeloti a. 1612, qui sua ipse manu folia 1-9 v. exaravit. Ex duobus exiguis codicibus consarcinatus.

S. Maximi opuscula III:

I. De Anima, cum interpretatione latina Ioannis Burdeloti, praemisso indice graeco-latino in capita VII, quibus liber constat. Prooemium inc. Πρῶτον μὲν οὖν ἁπάντων ὑποθήσομαι f. 1. Interpretatio, e regione operis posita, inc. *Primum omnium proponam.* Cap. I: An possit anima comprehendi f. 1. Cap. VII: An rationalis sit vel rationis expers f. 3 v.

II. Perspicua et valde admirabilis de Anima demonstratio. Inc. Τὸ ἀδιάλυτον ἀσύνθετον, τὸ ἀσύνθετον μονοειδές f. 4 v.

III. (Definitionum capita V), quorum I de velle naturali f. 5. II de voluntate f. 5 v. III de opinione f. 6. IV de prudentia f. 6 v. V de proposito f. 7 v. Hoc ultimum capitulum non integrum interpretatus est idem Burdelotus qui libellum hac subscriptione clausit: Τέλος. *Ex MS. D. Anselm. Aurelia Transsensis* (?) *Bourdelot 1612.* Sequuntur, paucis exceptis, folia sex vacua.

Πίναξ, sive index accuratus in librum aliquem, Summo Pontifici Paulo V a venerabili Sitiae (Σιτίας;) Episcopo nuncupatum. Sic codex graece. Est Menologium parvum, a mense Septembri ad finem usque Augusti. Inc. Μὴν Σεπτέμβριος ᾱ Συμεὼν (sic) τοῦ Στυλίτου f. 12. Accedunt alia in festos dies aliquot mobiles (cod. εἴς τινας κινητὰς ἑορτάς;). Incipiunt ab homilia Chrysostomi de Oratione et in Publicanum ac Pharisaeum, f. 25.

181. Chart. in 4, anno Chr. 1364 exaratus; fol. 324, quibus praemittuntur folia 14, nullis signata numeris. Madore alicubi foedatus codex, tachygraphicorum copia compendiorum insignis, quorum enodatio exhibetur folio 284. In marginibus adnotationes latine, et lemmata graece. Foliis quatuordecim praeviis inest index uberrimus, veteris librarii manu scriptus, in sequentes Actuarii libros. In secundi summo margine legitur nomen rudissime exaratum *Luigi Grossi*..., quod non videtur esse possessoris. Ultimo, pariter praevio, titulum generalem Actuarii operis, nonnullis additis, supplevit manus recentior: Ἀκτουαρίου πρὸς τὸν προκαθήμενον τοῦ βασιλικοῦ κοιτῶνος ἰατρικὰ βιβλία ἕξ, ὧν ἐμνημό-

νευσεν ἐν τῷ δευτέρῳ λόγῳ τῶν περὶ ἐνεργειῶν καὶ παθῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος καὶ τῆς κατ' αὐτὸ διαίτης. Addidit infra manus latina: *Locus ubi meminit Actuarius horum librorum habetur cap. 15 lib. 2 de spiritus animalis actionibus et passionibus.* In margine demum folii 1 habentur haec: *Hi libri latinè redditi sunt àb Henrico Matthisio Brugensi medico.*

(Ioannis Actuarii περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου, sive de methodo medendi ad Apocaucum libri V):

(Lib. I) inscribitur: Περὶ κράσεων καὶ φυσικῶν δυνάμεων, καὶ παθῶν τῶν ὀργανικῶν etc., titulo admodum prolixo. Inc. Ἐπειδή σοί ἐστιν (cod. ἐστὴν) ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν f. 1.

(Lib. II): Περὶ τῶν ἐκτὸς τοῦ σώματος συνισταμένων παθῶν κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν. (Cap. I), de febribus, inc. Οὐ κατ' ἐκείνους τῶν φίλων ἡμεῖς f. 45 v. Adnotatur latine in margine: *ubi initium facit interpres latinus libri II.*

(Lib. III): Περὶ θεραπείας τῶν ἀπὸ κεφαλῆς μέχρι ποδῶν ἐντὸς καὶ ἐκτὸς τοῦ σώματος συνισταμένων παθῶν. Ab hoc titulo exordiri librum tertium, non autem ab illo περὶ θεραπευτικῶν μεθόδων, qui folio 79 legitur, patet ex ipso indice, quem in foliis praeviis supra memoravimus. Inc. Ἡ μὲν παροιμία φησί· χελώνης κρέα ἢ φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν f. 109. In edd. est liber IV.

Lib. IV: De variis morbis. Inscribitur: Ἀρχὴ τοῦ τετάρτου βιβλίου περὶ διαφόρων νοσημάτων. Inc. Ἐγώ, φησὶν ὁ Γαληνός, καὶ τὰ τῶν κεράμων ὄστρακα f. 159 v. In margine notantur haec latine: *Haec pertinent ad sextum librum, cuius plurima pars cum iis quae sunt libri quinti ab ignaro scriptore nullo ordine commixta sunt, ut ex notis ad marginem positis comperies.* In clausula huius libri IV scripsit eadem manus: *Hic desinit lib. VI* (in editione latina, graece enim, ni fallimur, nunquam editum fuit hoc Actuarii opus).

Lib. V: De Compositione medicamentorum. Inscribitur: Λόγος ε̄ τοῦ βιβλίου περὶ συνθέσεως φαρμάκων. In margine latine: *Haec vertit Ruellius* (Svessionensis, Paris. 1539 et 1546) usque ad folium 266. Inc. Ἐπεὶ τοῖς ῥηθεῖσι τέτταρσι βιβλίοις ἐπιτίθεμεν λόγον τ' ἂν (sic) τοῦτον f. 223.

Ex Hippocratis ad Ptolemaeum regem (de partibus corporis humani libro). Inc. Ὁ ἄνθρωπος διαιρεῖται εἰς τέσσαρα μέρη f. 281 v. — Aliud ex eodem excerptum. Inscribitur: Ἀπὸ τῶν τοῦ Ἱπποκράτους (sic) πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα. Inc. Ἀπὸ μηνὸς Νοεμβρίου δωδεκάτης μέχρι Δεκεβρίου (sic) πληρουμένου, αὔξεται φλέγμα πολὺ σφόδρα f. 283. Mira sane in ore Hippocratis nomina mensium Νοέμβριος et Δεκέμβριος!

De Mensuris ac ponderibus. Inscribitur: Περὶ μετρίων (sic) καὶ σταθμῶν φανέρωσις. Inc. Ὁ μέδιμνος f. 282 v. — Alia de iisdem. Inc. Ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος κρίνεται f. 284 v. Et ibidem iterum περὶ τῶν δηλούντων

τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰ μέτρα χαρακτήρ(ων). Inc. Ἀλλ' ἐπειδή τινες οὐχ ὁλογραμμάτως. In margine scripsit aliquis: *De X notis ponderibus.*

· Interpretatio compendiorum quinquaginta tachygraphicorum, quae saepenumero in codice occurrunt. Inscribitur: Ἑρμηνεία τῶν στερεῶν γραμμάτων, τῶν σημαντικῶν (cod. σημανδ.), f. 284. Quam moleste ferimus, non licere nobis signa haec, in schedis nostris accurate descripta, ante oculos rei tachygraphicae studiosi ponere! Clauduntur admonitione metrica ad puerum minus diligentem: Εἴπερ θέλεις μανθάνειν(τι), ὦ παιδίον, || πληγῶν δὲ πολλῶν μηδ' ὅλως πεῖραν λαβεῖν, || παίδευε εἰς (cod. παίδε εἰς) τὸν νοῦν μηδαμῶς ἔξω τρέχειν, || ἀλλ' ἔνδον εἶναι καὶ σχολάζειν ὡς δέον, || μή πως μεταγνῷς, εἰ ῥαθυμεῖς εἰς τέλος.

Ex GALENO de Urinis, earumque differentiis. Inc. Τῶν οὔρων αἱ διαφοραὶ πολλαὶ μέν εἰσι κατὰ γένος f. 285. — (Ex eodem), de Pulsibus. Inc. Ἐν τοῖς σφυγμοῖς μόνον τοῦ καρποῦ ἐφαπτόμεθα διὰ αἰτίας τρεῖς f. 295. — (De temperamentorum differentiis), de signis febrium, aliisque rebus ad artem medicam spectantibus, nullo ordine, f. 297, 302 v.

Subscriptio librarii in fine codicis: τέλος τῶν φυσικῶν λογιδίων τοῦ ἰατρὸς βίβλου (sic pro ἰατρικοῦ βιβλίου)· ἐν μην(ὶ) ἀπριλλ(ίῳ) εἰς τὴν α̅ ἡμέρ(αν) (ἰνδ.) β̅· ὥρᾳ α̅ σελήνης (ι̅γ̅)· ἔτους ,ϛωοβ· ω̃ (l. θεῷ) ἡ δόξα καὶ τὸ κράτ(ος) ἀμῆν (sic): †

182. Chart. in 4, fol. 101, quorum 4-8 et 60-69 v., excepto f. 62, Manuel Ducas ὁ Ἀτράπης saec. XV exaravit, quemadmodum partim ex librarii subscriptione, partim ex scriptura patet (v. f. 3 v., 8). Reliqua folia manus altera inelegantior a. 1446 (f. 35). Olim Burdeloti.

Miscellanea:

NICEPHORI CALLISTI XANTHOPULI, qui, factus monachus, mutato nomine, Nallus dictus est, Synaxaria in Triodii solemnitates, a Dominica Pharisaei ad Dominicam omnium sanctorum. Inscriptionem, rubris scriptam litteris, more Graecorum verbosissimam paucis absolvimus. Incipit: Τοῦ μακαριωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου, τοῦ διὰ τοῦ θείου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος μετονομασθέντος Νάλλου μοναχοῦ, Συναξάρια etc. — Habetur hic tantum primum Synaxarium in Pharisaei et Publicani dominicam, praemisso solito disticho iambico. Inc. Κατὰ δὲ τὴν παροῦσαν ἡμέραν σὺν Θεῷ καὶ τοῦ Τριῳδίου ἀρχόμεθα f. 1. Synaxarium excipiunt BASILII et ELIAE philosophi Boni definitiones. Inc. Ἀγαθόν ἐστι τὸ πάντων τῶν ὄντων ἐπέκεινα ἄρρητον, ἀκίνητον, ἀπερινόητον καὶ ἀπεριήγητον (cod. -ήγιστον). Eliae definitio inc. Ἀγαθόν ἐστι δύναμις ἑαυτῆς κυρία τοῦ εἶναι ἀγαθόν.

IOANNIS ESDRAE archiatri de Urinis (opusculum). Inc. Ἐπειδὴ προεθέμεθα εἰπεῖν περὶ οὔρων f. 4.

Quaestionum medicarum solutiones (anonymi ad anonymum). Inc. Τῶν ἰατρικῶν σου ἐρωτημάτων ἡ λύσις αὕτη· τὸ τοῦ σπληνὸς σῶμα μανότερον μὲν ἥπατος **f. 8 v.**

Hippocratis varia:

I. Ὅρκος, **sive Iuramentum. Inc.** Ὄμνυμι Ἀπόλλωνα ἰητρόν **f. 16.**

II. De Febribus. Inc. Οἱ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν **f. 16 v. Cum lemmatis graece in margine.**

III. Περὶ ἐμέτων, **sive de Vomitionibus. Inc.** Ἐξ μῆνας τοὺς χειμερινούς **f. 18. Subscriptio:** Τέλος τοῦ περὶ φύσιος ἀνθρώπου **f. 20.**

IV. De Genitura. Inc. Νόμος μὲν πάντα κρατύνει **f. 20 v. Cum lemmatis graece in margine. Subscribitur:** Τέλος τοῦ περὶ γονῆς Ἱπποκράτους; **f. 33 v.**

V. De Natura pueri. Inc. Ἦν ἡ γονὴ μείνῃ ἀπ' ἀμφοῖν τῇσι μήτρῃσι τῆς γυναικός **f. 34.**

VI. De Urinis doctrina compendiaria. Inc. Τρία σοι ταῦτα τῆς ἰητρικῆς **(cod.** ἰατρ-**)** τέχνης **f. 40.**

VII. De Pulsibus. Inc. Ἥκω δή σοι καὶ τὸ περὶ σφυγμῶν χρέος ἀποδιδούς **f. 41 v.**

VIII. De Febribus. Inc. Τοῦτό σοι τὸ τρίτον ἐπίταγμα **f. 43 v. Eadem repetuntur f. 45 v.**

IX. (De Partibus corporis humani?), initio mutilum fragmentum. Inc.... λέγεται δὲ καὶ γαστήρ, ὅτι περιαγής ἐστιν **f. 48.**

X. De Diaeta, fine mutil. Inc. Τοὺς ἰδιώτας ὧδε χρὴ διαιτᾶσθαι **f. 57 v.**

XI. Aphorismorum sectio prima. Inc. Ὁ βίος βραχύς; **f. 58.**

XII. (De partibus corporis humani). Inc. Συνέστηκεν ὁ ἄνθρωπος; **f. 60.**

XIII. De morbis libri II. I inc. Ὃς ἂν περὶ ὑγιείας θέλῃ **f. 83. II (fine mutilus) inc.** (Ο)ὐρέεται πολλόν, ὅταν ὑπερθερμανθῇ ἡ κεφαλή **f. 96 v. Sequuntur folia quinque vacua. — Videant alii an omnia sint Hippocratis, cuius nomen ferunt tantum excerpta numeris I, IV, V, IX, X, XI, XIII a nobis signata.**

S. Pauli oratio pro serpentium morsu petitis. Inc. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρός **f. 60 v.**

Lexicon botanicum, (ordine litterarum). Inscribitur: Ἑρμηνεία τῶν βοτανῶν. **Inc.** Ἀείζωον· τὸ ἀμάραντον. Ἀκαλύφη **(sic pro** ἀκαλήφ.**)** ἡ κνίδη **f. 61. Des.** Χαλκάνθη· καλακάνθη.

Oratio ad rabiem (declinandam). Inepta omnia. Inscribitur: Εὐχὴ εἰς τὴν λύσσαν. **Inc.** (Ὕ)βρις ἀπ' ὕβρις **(sic)**· ἡ δὲ δδήβρις βήβρις **(l.** δδύβρις βύβρις**)**· ἡ τὴν λύσσαν δοδδήβρις **etc.** Γραφει **(sic)** ταῦτα εἰς ἄρτον ζημωμένον **(sic)**· καὶ τρῶγ(ε) αὐτῷ νόστης **(l.** αὐτὸν νήστης**) f. 61 v.**

(Michaëlis Pselli?) Synopsis in compendio medicamentorum, quibus qua ratione utendum, una cum propriis potionibus praebibendis; similiter de pastillis, et heligmatis, insuper de oleis et emplastris, ceterisque ad

morborum variorum curationem conferentibus. Prooem. inc. Ὁ περὶ τῶν ἀντιδότων καὶ ἐλαίων (cod. ἐλέων) καὶ ἐμπράστρων (sic) λόγο; δυσκατάληπτος ὢν τοῖς πολλοῖς f. 62. Cap. I de antidoto theriaca. Inc. Τὸ μέτρον αὐτῆς οὐκ ἐπὶ πάντων f. 62. Lacunis pluribus laborat haec medica epitome; desinit f. 67 v. — Sequuntur nonnulla de pulmone, corde, quid ἐπιγάστριον, quid ὑπογάστριον, de stomacho etc. Inc. Ἐπεὶ ὁ θώραξ συμπεριέχει τὸν πνεύμονα f. 70.

Subscriptio duplex Atrapae, qui folia 1-8, 60-69 v. exaravit: I[a] monocondyliis expressa: μανουὴλ δούκας ὁ ἀτράπης καὶ καθολικὸς γραμματικός f. 3 v. — II[a]: † ἐγράφη παρ' ἐμοῦ μανουὴλ τοῦ ἀτράπη· ζητηθεῖσα (sic) δὲ παρὰ μιχαὴλ τοῦ λεσβίου f. 8.

Subscriptio alterius scribae anonymi, cui reliqua folia debentur: ἐγράφη ταῦτα παρ' ἐμοῦ καὶ ἐγένετο ἐνταυθοῖ λήθη † ἐν ἔτει ͵ξ̃ ϡ̃ ν̃ δ̃: τῆς ηῆς ἰνδ(ικτιῶνος) f. 35. Addidit idem in extrema pagina verba haec: ὅστις δὲ ἀπὸλάβει (sic, pro ἀπολαύει) ἡγεμωνίας εἰς τρυφήν. — Subscriptionem, quam anonymo tribuimus, non esse Atrapae, ut quis lector minus attentus forte crediderit, ex litteris prorsus diversis nobis saltem evincitur.

183. Chart. in 4, saec. XV, bina manu, ex duobus codicibus consarcinatis constans; fol. 91. Olim Alexandri Petavii, Pauli filii, ut ex scriptura verborum *Tractatus medicinae* apparet, quae in summo margine folii 1 leguntur.

(Michaëlis Pselli de Arte medica ad Constantinum Porphyrogenitum), initio mutilus. Lemmata in marginibus, additamenta, emendationesque uberrimae manu recentiore. Inscriptiones rubras plerasque combibit charta. — Non esse librum Michaëlis Pselli, ex modo dicendi, Imperatorisque, cui nuncupatur, nomine arguit L. Allatius in *Diatriba de Psellis*, apud Fabr. *B. G.* T. V, p. 51 ed. vet. — Distinguitur tractatus, ut ex indice eidem subiuncto patet (f. 84-85 v.), in capita σϞα', sive CCXCI, quorum primum inscribitur: Προσφώνημα πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον τὸν κύριον Κωσταντῖνον; et ultimum: Περὶ ποτίου (sic) μέλιτος. Ex eodem indice liquet etiam deesse in codice nostro capita novem priora, cum initio decimi, quod incipit ... τῆς ἐπιφανείας τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ἄλλου σώματος ἀπότεξίς ἐστιν χωρὶς ἑλκώσεως f. 1.

(Agapeti Paraeneticorum ad Iustinianum Imp.) fragmentum, initio ac fine mutilum, cum glossis rubris inter lineas. Incipit a capite quarto, et quidem a verbis ... βύσσῳ καυχώμενοι· καὶ οἱ ἐν πενίᾳ f. 86. Clauditur capite XXIV, cui desunt principium ac finis. Inc. ... ὥσπερ τὰ ἀκριβῆ τῶν κατόπτρων. Des. τῶν φαιδρυνομένων· σκυ ... Desiderantur ergo capita I-III, cum initio quarti, et XXV-LXXII, cum initio ac finis XXIV. Capita non numerantur, sed distinguuntur inter se littera initiali maiuscula rubro colore depicta.

184. Chart. in 4, saec. XVI, fol. 71. Olim Alexandri Petavii, ut ex scriptura indiculi arguitur, quem folio praevio, a tergo, ipse exaravit, nomine omisso. Inscriptiones cunctae litteris rubris depictae sunt.

(Anonymi de primordiis regni Constantis imperatoris fragmentum, et de pseudo propheta Mahometo). Inscribitur: Ἀρχὴ τῆς βασιλείας Κώνστα(ντος) υἱοῦ αὐτοῦ. Inc. Μετὰ δὲ Κωνσταντῖνον ἐβασίλευσε Κώνστας υἱὸς αὐτοῦ ἔτη κζ f. 1.

(Incerti auctoris Christiani de statuis Deorum fragmentum). Capita sunt decem, quorum primum, De statua Mercurii inscriptum, inc. Τὸν Ἑρμῆν οἱ Ἕλληνες καὶ οἱ λοιποὶ τῶν ἀρχαίων κατὰ τὴν αὐτῶν πεπλανημένην θεολογίαν f. 10. Nonum et decimum: De Iovis sedentis statua, inferius tantum vestitu ornati, sinistra sceptrum, dextra aquilam tenentis. Sequuntur folia 15-16 sine scriptura.

Ex Cicerone, de memoria technica sive artificiosa, (interprete Maximo Planude). Inc. Περὶ τῆς μνήμης πότερον ἔχει τι τέχνης τε καὶ τριβῆς f. 17. Est versio loci auctoris *ad Herenn.* III, 16: « *Memoria utrum habeat quidquam artificiosi, an omnis a natura proficiscatur* etc. ». Subscribitur fragmentum: Τέλος τοῦ περὶ μνήμης τεχνικῆς Κικέρωνος. -- Sequuntur folia 28-31 vacua.

(Gemisti) Plethonis Ἐπινομίς, (sive Appendix legum). Inc. Τὰ μὲν οὖν τῆς βίβλου ἐν ἀρχῇ ἡμῖν τῆσδε προὐτέθη, ἐξείργασταί τε σὺν τῶν θεῶν τοῖς τοιούτων ἐφόροις f. 32. Folium 41 v. vacuum. — Videtur opus in libros quinque divisum, quin tamen a quibus verbis singuli exordiantur, in codice perspicue significetur. Si recte vidimus, liber primus incipit f. 32, secundus f. 40, tertius f. 48, quartus f. 56, quintus f. 64. In duobus ultimis comprehendi dixeris preces et hymnos, de quibus infra:

I. Precationes ad Deos, cum matutino tum vespertino tempore (recitandae). Prima inscribitur: Ἑωθινὴ ἐς θεοὺς πρόσρησις Πλήθωνος. Inc. Ζεῦ βασιλεῦ, αὐτοὼν αὐτοὲν αὐτοάγαθε, σὺ μέγας, μέγας τῷ ὄντι καὶ ὑπέρμεγας, ὃς γέγονας μὲν ἐξ οὐδενός f. 42. — Precum vespertinarum prima inscribitur: Δειλινῶν ἐς θεοὺς προσρήσεων α. Inc. Ἄναξ Πόσειδον, σὺ Διὸς τοῦ μεγάλου πρεσβύτατός τε καὶ κράτιστος f. 54. Tertia quae ultima est, inscribitur: Δειλινῶν ἐς θεοὺς προσρήσεων τρίτη τε καὶ κυριωτάτη πασῶν, ἡ ἐς τὸν βασιλέα Δία. Inc. Αὐτοὼν αὐτοὲν αὐτοάγαθε, ὃς τῶν (sic) μηδαμόθεν ἑτέρωθεν γεγονέναι f. 60.

II. Hymnus vigesimus septimus, inter quotidianos sextus, die septimo canendus. Inc. Ὄλβιος, ὅς κεν μὴ ἰδίῃ αὐτὸς πλεονεκτῶν || δεινῇ ὑπ' ἀφραδίῃ κακὰ τεύχῃ ἀνθρώποισιν f. 64 v. — Hymnum excipit caput: De ordine in recitandis precibus et hymnis servando. Inc. Ἐπεὶ δὲ δὴ ἡμῖν αἵ τε εἰς θεοὺς προσρήσεις οἵ τε ὕμνοι ἐκτέθεινται, ἤδη ῥητέα δὴ ὡς χρὴ ἑκάστοις αὐτῶν χρῆσθαι f. 65 v.

185. Membr. in 8 min. saec. XIII, fol. 173, quibus addenda duo ultima fere vacua, pariter membranacea, quae, etsi nullo numero signata, ad codicem nostrum spectant. Olim, ut ex ultimo videtur, Dionysii Hieromonachi.

(IOANNIS SCHOLASTICI, vulgo CLIMACI, Scala paradisi). Ex XXX Gradibus supersunt dumtaxat XXIII-XXX, cum Epilogo ad Pastorem. Gradus XXIII, initio mutilus, inc.... τεκμήριον· βοηθείας Θεοῦ φυγαδευτήριον f. 1. Folio 109, quo clauduntur Gradus, dipingitur eorum scala, additis singulorum argumentis. — (Liber ad Pastorem) incipit f. 110.

Anonymi Scholia, numero CCXXXVII, in Paradisi Scalam. Ad quosnam Gradus sint singula referenda, in codice non significatur. Primum inc. Ἀνείδεον τὸ Θεῖον, ἐπείπερ καὶ ἀσχημάτιστον f. 133. Ultimum inc. Χειραγωγοὺς τοὺς ἀγγέλους λέγει.

186. Bombyc. in 8 min. saec. XIII, fol. 484, quorum plurima, non sine scripturae detrimento, aquis maculata blattisque corrosa. Inscriptiones, rubro scriptas colore, plerasque consumpsit vetustas.

(GREGORII NAZIANZENI Homiliae XVI priores):

I. (In Pascha et Tarditatem) f. 1.

II. In S. Pascha f. 5.

III. In Novam Dominicam, sive S. Thomae f. 39.

IV. In Pentecosten f. 50.

V. In Maccabaeos f. 71.

VI. In Cyprianum martyrem etc. f. 89.

VII. In Verba et in Iulianum exaequatorem f. 110 v.

VIII. In Christi natalem f. 130 v.

IX. In S. Basilium f. 152 v.

X. In SS. Lumina f. 275 v.

XI. In S. Baptismum f. 307 v.

XII. In S. Gregorium Nyssenum, Basilii fratrem f. 376.

XIII. In S. Athanasium Alexandrinum f. 384 v.

XIV. In patrem ad plagam grandinis silentem f. 415.

XV. De amore pauperum f. 433. Pauca in fine desunt. Des. μηδὲ χρυσῷ καὶ λιβάνῳ καί...

XVI. Coram CL Episcopis valedictoria f. 466.

(Carmen, versibus constans octo politicis, in Christi obitum). Inc. Ἰδοὺ γὰρ κτίσις ἅπασα συμπάσχει σοι τῷ κτίστῃ· || σείεται γῆ, καθολικῶς ταράττεται, κλονεῖται· || ῥήγνυνται πέτραι, σχίζονται, σκοτίζεται σελήνη f. 465. Alia manu, et quidem antiquiore, descriptum carmen videtur, ut et sequens senariis constans duodecim. Inc. Ὁρᾷς, θεάτα, τὸν φοιτῶντος τὴν χάριν. Hoc folium inter homiliam XV, fine mutilam et XVI interiectum est.

187. Membr. in 8, saec. XIII, fol. 66. Codex initio, medio ac fine mutilus.

(Psalterium). Incipit a psalmi XLI versiculo 7, initio mutilo: ... διὰ τοῦτο μνησθήσομαί σου ἐκ γῆς Ἰορδάνου. Clauditur psalmo LXXXVIII, et quidem verbis ἐγενήθη ὄνειδος τοῖς γείτωσιν (sic) αὐτοῦ (v. 42)· ὕψωσας τὴν δεξιὰν τῶν θλιβόντων αὐτόν ... (v. 43 fine mut.).

188. Membr. in 12 min. forma prope quadrata, saec. XI, initio ac fine mutilus, aquis et tineis pessime habitus, non absque magna scripturae iactura; fol. 145.

(Psalterium). Incipit a Ps. XX, 10: ... Κύριος ἐν ὀργῇ αὐτοῦ συνταράξει αὐτούς f. 1. Clauditur Psalmo CI, qui inc. Κύριε, εἰσάκουσον τῶν προσευχῶν μου. Ultima verba corrosa et aquis detersa enodari nequeunt.

189. Membr. in 12 min. forma prope quadrata, saec. XII, nitidissime exaratus; fol. 244, praeter quatuor praevia, sine scriptura, ex membrana recentissima. *Ex bibliotheca Goldasti* (Melchioris † 1625). Inscriptiones, litteris aureis uncialibus exaratae, quadrato oblongulo includuntur eleganter depicto, cui supersedent utraque ex parte volucres duae venustissimae.

(Tetraevangelium):

Ev. Matthaei f. 1 Deest in fronte, foliis avulsis, capitum et argumentorum index, quo reliqua evangelia instruuntur. — Marci f. 67. — Lucae f. 111. — Ioannis f. 184.

190. Chart. in 16, saec. XVI, fol. 198. Olim Burdeloti. Dixeris codicem valde exiguum ex veteri exemplari hibernica scripto manu saec. X descriptum fuisse. Desunt accentus omnes et spiritus. Inscriptiones nullae, ne relicto quidem ad eas supplendas spatio.

Aristotelis (Organum):

I. (Categoriae) f. 6. Praemittitur, ut solet plerumque, (Porphyri Isagoge in quinque voces, ab anonymo in compendium redacta) f. 1. — II. (De Interpretatione) f. 16 v. — III. (Analytica priora) fine mutila, f. 27. — IV. (Analytica posteriora) f. 62. — V. (Topica) f. 108. — VI. (De Sophisticis elenchis) f. 179.

CODICES GRAECI PII PP. II

CODICES GRAECI PII PP. II

1. Membranaceus in f. max. binis scriptus columnis, saec. XI, fol. 239, quorum aliquot aquis deturpata, non sine scripturae detrimento. Folio praevio recto, in schedula adglutinata: « *Catena in Iob, incipit Polychronius, sed auctor incertus. Olympiodoro tribuit Comitolus etiam in 2ª edit. nempe Veneta apud Iolitos et refert catenas gr. alias esse fusiores alias contractiores et plurimas variare* ». Eodem folio verso, in ima pagina, leguntur haec: « *Olympiodorus fuit diaconus Alexandrinae ecclesiae. Iulianus Halicarnassensis male sensit de duabus in Chro naturis* μονοφυσίτης. *Severus item Antiochenus* μονοφυσίτης *epistolas multas synodicas scripsit Chalcedonensem synodum anathematizans* ».

(Veteris Testamenti libri VI):

I. Iob, cum catena PP.) f. 4. Textus rubris distinguitur litteris. Catena incipit a verbis Chrysostomi: Ὅρα πρῶτον ἐγκώμιον τοῦτο f. 4. — Praemittuntur: I Polychronii Ὑπόμνημα εἰς τὸν Ἰώβ. Inc. Ἡ ἐν ταῖς Γραφαῖς ἀσάφεια πολλὰς ἔχει αἰτίας f. 1. II Ὑποθέσεις duae, quarum altera clauditur indice capitum XXVII. Prior inc. Εἰς τὴν ὑπόθεσιν τοῦ Ἰὼβ διαφόρως ἠνέχθησαν ὑπομνηματισταί f. 1, 2. III Chrysostomi Ὑπόμνημα. Inc. Ἄξιον πρῶτον ἐπιζητῆσαι f. 2 v. IV Protheoria seu praefatio in libri Iob initium. Inc. Ἁγίων βιβλίων· οὕτω γὰρ ἡμᾶς οἱ πατέρες ἐδίδαξαν f. 3. Laudantur in Catena auctores, quorum nomina, ut solet, in marginibus per compendium scribuntur: Apollinaris, Apostolus (Paulus), Athanasius, Basilius Seleucensis, Chrysostomus, Cyrilli Alexandrinus et Hierosolymitanus, Didymus, Evagrius, Gregorius Thaumaturgus, Iulianus Halicarnassensis, Iulius, Maximus, Methodius, Olympiades (rectius Olympiodorus),

diaconus ecclesiae Alexandrinae (v. f. 62 v. ubi nomen integris falso praebetur litteris: (Ὀ)λυμπιάδου), Origenes, Polychronius, Severianus Gabalensis, Severus Patriarcha, Theodoretus, Theodotus, aliique anonymi vocibus tantum ἄλλος, ἕτερος, notati. — Subscripsit alia manus, ut videtur: † ἰὼβ τέλος δέδεξο βίβλου παντιμίου f. 163. — Sequentes sacrae Scripturae libri catena carent:

II. Sapientia Salomonis f. 164.

III. Sapientia Iesu filii Sirach f. 176.

IV. Esther f. 208.

V. Tobias (Τωβήτ) f. 218.

VI. Iudith f. 226.

2. Chart. in f. saec. XV, fol. 386, quorum plura scriptura carent. Eadem manu accuratissima et admodum nitida (Michaëlis Apostolii) exarati sunt etiam codices 3, 5, 8, 9, 11, 13. Olim monasterii Sancti Silvestri, cuius duplex sigillum conspicitur in ima pagina folii 1. Inscriptiones omnes miniatae. — Folio praevio habetur index rerum graece, initio mutilus ob folium avulsum; incipit enim tantum ab oratione Athanasii contra gentes, quae folio 26 in codice exorditur.

S. Athanasii vita, epistolae et scripta varia:

I. Vita ab incerto auctore conscripta. Inc. Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑπομνήματα πρὸς ἀρετῆς ὑπόδειγμα f. 1. Integram vitam excipiunt folia 24 v.-25 sine scriptura.

II. (Oratio) contra gentes f. 26.

III. Epistola de synodis Arimini in Italia et Seleuciae in Isauria celebratis f. 63.

IV. Epistola ad Ioannem et Antiochum f. 66 v.

V. Epistola ad Palladium presbyterum f. 67.

VI. Epistola ad Dracontium f. 67 v.

VII. (Liber) de Verbi Incarnatione et contra Arianos f. 72.

VIII. (Oratio) in Domini passionem et crucem f. 84 v.

IX. In Salvatoris passionem f. 110. Adnotavit manus recentior in margine: Τοῦτο ὅλον ἐν τῷ προλαβόντι λόγῳ ἔνεστι. Integram oratiunculam sequitur folium 112 vacuum.

X. Disceptatio (cod. διάλεκτος) in synodo Nicaena contra Arium f. 113.

XI. Contra Arianos liber tertius f. 139.

XII. Epistola ad orthodoxos universos, saeviente Arianorum persecutione, (seu epistola encyclica ad Episcopos,) f. 185.

XIII. Epistola ad Serapionem Episcopum de Spiritu Sancto f. 191 v.

XIV. Epistola ad eundem adversus eos qui contendunt creatum esse Filium f. 216.

XV. Epistola catholica f. 221.

XVI. Refutatio Meletii et Eusebii Samosatensis contra ὁμοούσιον insurgentium f. 222.

XVII. In dictum Evangelii (Matth. XII, 32): *Quicumque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei* etc. f. 223 v.

XVIII. De Virginitate seu de Ascesi f. 233.

XIX. Testimonia ex Scriptura de naturali communione similis essentiae inter Patrem et Filium et Spiritum Sanctum etc. f. 246. Sunt capita numero L, quorum primum: Περὶ ἐλευθερίας. Inc. Περὶ Πατρὸς ἀναμφίβολον. Ultimum: Τί ἐστιν ἄνθρωπος. Inc. Ζῶον νοερὸν αἰσθητικόν. Integrum opus excipiunt folia 265-268 sine scriptura.

XX. Sermo adversus omnes haereses f. 301. Inter spuria Athanasii apud Migne, *P. Gr.* XXVIII, col. 502.

XXI. (Confutatio propositionum XVII), praevia praefatione, quae inscribitur: Ἐπιστολὴ προοιμίου δύναμιν ἔχουσα, καὶ τραγῳδίας τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ταραχῆς f. 307 v. — Propositiones eodem prorsus ordine sese in codice excipiunt, quo apud Migne, T. XXVIII, 4, col. 1337-1394. E regione epistolae adnotavit vir quidam latinus in margine, graeco sermone, stylo plumbeo, hunc tractatum adversus Monophysitas non videri sibi auctorem habere Athanasium. Et alia alias monuit idem in marginibus.

XXII. Ex epistola S. Athanasii de synodis Ariminensi in Italia et Seleuciensi in Isauria. Incipit excerptum a verbis ἐπεὶ δὲ οὕτως αὐτοὶ πρός τε ἑαυτούς f. 331.

XXIII. Defensio Dionysii, Alexandrini Episcopi, contra Arianos f. 344.

Gregorii Hieromonachi et magni Protosyncelli, postea Patriarchae et Romae sepulti, Ἀπολογία ex sanctis PP., contra Marci Ephesini epistolam (encyclicam pro non recipienda synodo Florentina). Inc. Τὸ μὲν προοίμιον τοῦ αἰδεσίμου Ἐφέσου (μητροπολίτου) f. 269. — Verba Marci excipit Gregorii ex sanctis PP. et aliis confutatio, in qua laudantur: Agatho, Ambrosius, Anastasius, Athanasius, Augustinus, Basilius, Chrysostomus, Concilium VI, Cyrillus, Damascenus, Epiphanius, Eulogius Patr. Alexandr., Evangelium, Gregorii: Dialogus (i. e. Gregorius Magnus), Nazianzenus et Nyssenus, Hilarius, Malachias Propheta, Marcus Patr. Alexandr., Maximus, Paulus Apostolus, Petrus Archidiaconus, Tarasius, Theodorus Balsamo, Vetus Testamentum.

Ex actis Synodi tertiae, Canon LIX (et alii). Inc. Ἐγὼ Χαρίσιος δέδωκα τοὺς λιβέλλους f. 296 v.

Theodoti, Ancyrani Episcopi, interpretatio symboli Nicaeni. Inc. Τὸ μὲν ἐν τῇ πίστει στεῤῥόν τε f. 348.

(Zenonis Ἑνωτικόν). Inscribitur: Ἶσον τοῦ ἑνωτικοῦ. Inc. Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ζήνων f. 361 v.

Leontii, (Cypri) Episcopi, liber contra Iudaeos. Inc. Δεῖξόν μοι, φησί, τὰ σημεῖα f. 363.

Gregorii, Archiepiscopi Antiocheni, oratio in Christi sepulturam, in Iosephum Arimathaeum et in resurrectionem. Inc. Ἐπαινετὸς καὶ οὗτος τῆς ἐκκλησίας ὁ νόμος f. 364 v.

Ioannis Thessalonicensis sermo: Nullam esse inter Evangelistas de resurrectione discrepantiam neque contradictionem. Inc. Καθὼς ἐνεχώρει, διεσαφήσαμεν τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν ἀκοῇ f. 372.

De Synodis oecumenicis, quo loco et modo, contra quos singulae congregatae fuerint. Inc. Χρὴ γινώσκειν πάντα Χριστιανόν f. 382.

3. Chart. in f. saec. XV, fol. 364. Eadem exaratus manu qua codex 2 (quem vide). In marginibus passim adnotationes stylo plumbeo scriptae, eademque manu qua in cod. 2. Olim S. Silvestri, ut liquet ex solito sigillo in imo margine dextro folii 1.

Basilii Magni in Isaiae prophetae capita I-XVI commentarius. Opus, in codice nostro ut in ceteris omnibus imperfectum, in λόγους ιγ´ dividitur, quorum primus ipsum prooemium complectitur. Inc. Εὔξασθε μὴ γενέσθαι τὴν φυγὴν ὑμῶν f. 1. Ultimus, fine mutilus, inc. Συνάγαγε τὰ περὶ τοῦ Μωάβ f. 201 v. Clauditur verbis καὶ αἱ κατὰ Θεὸν μαρτυρίαι...

(Origenis Philocalia). Inscribitur: Ἐκλογὴν ἡ παροῦσα περιέχει βίβλος γραφικῶν ζητημάτων καὶ ἐπιλύσεων ἐκ διαφόρων βίβλων τῷ Ὠριγένει πονηθεισῶν ἠθροισμένην ὑπὸ τῶν τὰ θεῖα σοφῶν Βασιλείου καὶ Γρηγορίου, ἐν πυκτίῳ τε παρὰ θατέρου τούτων Γρηγορίου τοῦ θεολόγου Θεοδώρῳ τῷ τηνικαῦτα ἐπισκοποῦντι τὰ Τύανα ἐπεσταλμένην, καθὼς ἡ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴ δείκνυσιν ἔχουσα οὕτως· Ἑορτὴ καὶ τὰ γράμματα f. 216. Cap. I inc. Ἐπειδὴ περὶ τηλικούτων ἐξετάζοντες πραγμάτων f. 218. Cap. XXVII inc. Ἐσκλήρυνε δὲ Κύριος τὴν καρδίαν Φαραώ f. 356. Philocalia in capitula XXVII distinguitur, praevio indice, in cuius margine a latina manu capita tantum XXIV male enumerantur. Subscribitur opus: Τέλος βίβλου τῶν κατὰ Κέλσου, ἡ λεγομένη φιλοκαλία. Summatim edidit Migne, *Patr. gr.*, t. XIV, 4, col. 1310 ad finem usque.

4. Membr. in f. saec. XI, fol. 316, quorum tria ultima aquis deturpata, ultimo etiam lacero, sine tamen scripturae detrimento. In imo margine folii primi et ultimi legitur τοῦ τροπαιοφόρου, i. e. monasterii S. Georgii. Olim S. Silvestri. Folio praevio, a tergo, habetur index graecus manu recentissima scriptus, addita latina interpretatione. Inscriptiones omnes marginatae et rubris scriptae litteris. Adnotationes graece passim in marginibus a manu latina.

Gregorii Nysseni opera (cod. λόγοι) XXXI:

I-VIII. In beatitudines f. 1-47 v.

IX. De Oratione f. 53.

X. Adversus eos qui baptismum procrastinant f. 61.

XI. Quid sit fidei professio, ad Harmonium f. 68 v.

XII. Ad Hebraeos, de Verbo Dei et de Spiritu Sancto f. 74 v.

XIII. De Fide, ad Simplicium f. 77.

XIV. Ad Olympium ascetam f. 80 v.

XV. In illud (Pauli ad Cor. I, xv, 28): *Tunc et ipse (Filius) subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia* f. 97 v.

XVI. De infantulis immatura morte praereptis, ad Hierium f. 109.

XVII. In defunctos f. 123 v.

XVIII. In Pulcheriam f. 144 v.

XIX. Oratio Catechetica f. 151.

XX. Adversus eos qui castigationes aegre ferunt f. 198.

XXI. Adversus foeneratores f. 202 v.

XXII. In Psalmum VI περὶ τῆς ὀγδόης, sive de Octava f. 210.

XXIII. In Placillam Imperatricem oratio funebris f. 214.

XXIV. In Martyres et contra Arianos f. 221. Folium 222 scissum, incolumi scriptura.

XXV. Epistola exhortativa ad frugi vitam, seu de Virginitate f. 224. Prooemium excipiunt capita XXIV, praevio indice. Cap. I: Omni laude praestantiorem esse virginitatem. Folii 272 excisus margo, integra tamen epistolae scriptura.

XXVI. Quod non putandum sit, tres Deos dici oportere, ad Ablabium f. 274.

XXVII. Contra fatum f. 283 v.

XXVIII. In suam ipsius ordinationem f. 299 v.

XXIX. Contra Manichaeos f. 304 v.

XXX. In illud (Pauli ad Cor. I, vi, 18): *Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est* etc. f. 305.

XXXI. De Ieiunio et de pauperibus sustentandis (περὶ πτωχοτροφίας) f. 308 v.

5. Chart. in 4, saec. XV, fol. 437. Eadem scriptus manu, qua cod. 2 (quem vide). Olim S. Silvestri. In scheda soluta, inter fol. 1 et 2 inserta, inest index rerum latinus.

(Nicetae, Serrarum Episcopi, scholia in Gregorii Nazianzeni Homilias XIII), quibus singulis suum praemittitur argumentum: — I. In Pascha et in Tarditatem. Nicetae argumentum inc. Ἄκων χειροτονηθεὶς ἱερεὺς ὁ θεῖος Γρηγόριος f. 1. Scholia inc. Ἐπειδή, φησίν, ἀναστάσεώς ἐστιν ἡμέρα f. 1. — Ultima, in plagam grandinis. Arg. inc. Οὗτος ὁ λόγος εἴρηται τῷ ἁγίῳ εἰς τὴν πληγὴν χαλάζης f. 342 v. Schol. inc. Ταῦτα μὲν εἶπον περὶ τῆς ἐν λόγῳ πνευματικῷ σοφίας f. 342 v

(Argumenta anonymi in Gregorii Naz. Homilias XVI). Primum, in sermonem de Pascha et Tarditate, inc. Ἄκων εἰς ἱερωσύνην ὁ μέγας οὗτος πατὴρ ἀχθεὶς f. 360. Ultimum, in orationem de plaga grandinis, inc. Τὸν παρόντα λόγον ἐξέδωκεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ Ναζιανζοῦ. Dicitur haec oratio decima sexta, quia tres enumerantur, quae inter superiores a Niceta interpretatas non inveniuntur.

Tabula mensium apud Romanos, Macedones, Iudaeos et Aegyptios. Inc. Ῥωμαϊστὶ σεπτέμβριος f. 364 v. Sequuntur folia 365, 366 sine scriptura.

(Scholia alia in Gregorii Naz. homilias IV). Suppeditantur tantum prima cuiusque homiliae verba, additis καὶ τὸ ἑξῆς:

I. In Basilium oratio funebris. Sch. inc. Ἀπέκειτο ἄρα καὶ τοῦτο f. 367.

II. In Athanasium. Sch. inc. Ὁ παρὼν λόγος καθαρόν ἐστιν ἐγκώμιον f. 393 v.

III. In Gregorium Nyssenum, Basilii fratrem. Sch. inc. Ἀπὸ γνώμης τὸ προοίμιον f. 417.

IV. In martyrem Cyprianum. Sch. inc. Ἀνωτέρω Ναζιανζοῦ ὅρος ἐστί f. 423.

6. Chart. in f. saec. XVI, fol. 118. Olim S. Silvestri, cuius duplex sigillum, ut in aliis qui dicuntur Pii II codicibus, cum monasterii, tum eiusdem bibliothecae, in ima pagina folii primi impressum deprehenditur. Folio praevio recto, latinus rerum index.

Gregorii Nazianzeni orationes VI, cum Heliae Cretensis scholiis:

I. De ordine in disputationibus servando. Scholia inc. Πανήγυρίς τις τῷ λόγῳ ὑπόκειται πολυάνθρωπος f. 1.

II. In Heronem, philosophum Alexandrinum, aut Maximum, ut arbitratur divus Hieronymus (sic cod. graece), ob fidem exsulatum et post tertium annum reducem. Sch. inc. Οὗτος κυνικὸς μὲν φιλόσοφος ἦν Ἀλεξανδρεὺς τὸ γένος f. 64 v.

III. Allocutio habita in ordinando Eulalio, Doarensium Episcopo. Sch. inc. Τῶν πάνυ γνησίων τῷ μεγάλῳ τούτῳ ἐτύγχανεν ὁ Εὐλάλιος f. 102 v.

IV. Ad patrem, quum in eum Nazianzenae ecclesiae curam contulisset. Sch. inc. Ὁ μὲν σκοπὸς τοῦ παρόντος λόγου δῆλος f. 109.

V. Ad cives gravi timore perculsos et praefectum iratum. Sch. inc. Προσκεκρουκότες οἱ ἐν Ναζιανζῷ πολιτευόμενοι f. 111.

VI. Adversus Arianos et in semetipsum. Sch. inc. Πάνυ διαφόρως ἔχοντες Ἀρειανοί f. 114 v. Librarius prima Gregorii verba omisit.

7. Chart. in f. saec. XV, fol. 94, quibus aliud additum, indicem complectens rerum latine scriptum. Olim S. Silvestri.

Anonymi Anthologia ex operibus Gregorii Nazianzeni collecta, et in titulos LX digesta, praevio prooemio quod inc. Τοῖς τοῦ περιβοήτου Γρη-

γορίου θεοπνεύστοις καὶ μελισταγέσι λόγοις τοῦ μεγάλου καὶ πολυφαοῦς λαμπτῆρος τῆς θεολογίας f. 1. — Titulus I: De Deo. Inc. Τάξις ἀρίστη παντὸς ἀρχομένη καὶ λόγου καὶ πράγματος f. 1 v. Titulus ultimus ζ′: De malitia. Inc. Ὡς ἀπώλοντο ἡ κακία καὶ ἡ πρώτη ταύτης καταβολή.

8. Chart. in f. saec. XV, fol. 483, quorum vacua sunt, paucis exceptis, 17-18, 127-129, 138-142, 246-247, 263 v.-265. Ab eodem librario exaratus codex, a quo 2 (quem vide). Olim S. Silvestri. Foliis praeviis inest index manu recentiore graece scriptus.

Io. Chrysostomi enarrationes in Psalmos, praevio epigrammate εἰς τὸν μέγαν φωστῆρα καὶ διδάσκαλον τῆς ἐκκλησίας, τὸν Χρυσόστομον. Epigr. inc. Ὦ τοῦ λόγου θάλασσα μὴ μετρουμένη f. 1. Sequuntur prooemia, προοίμια τῶν ψαλμῶν, quae inc. Μετὰ τὸν Μωϋσέα, καὶ τὸν τούτου διάδοχον Ἰησοῦν f. 1. — Comment. in Psalmum primum et secundum, qui uterque deest apud Migne. In Ps. I, inc. Πάντων τῶν καλῶν κρηπίς ἐστιν ἡ μακαριότης f. 7. In II, inc. Ὥσπερ ὁ τοξεύων τὸν ἥλιον, καὶ λιθάζων τὸν οὐρανόν f. 8 v. — Folio 19, quo incipit Psalm. IV, monuit librarius in summa pagina: Ἐνταῦθα Χρυσόστομος ἄρχεται, quibus verbis, ex antiquo exemplari descriptis, innuitur, non esse Chrysostomi commentarios in tres Psalmos superiores. — Desunt in codice nostro commentarii in Psalmos XV-XXXVI, L-CVII, CXVIII. In Psalmum CXLVII habetur commentarius duplex, cuius alter non reperitur apud Migne. Prior inc. Οὐ πρὸς τὴν πόλιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐνοικοῦντας f. 465 v. Alter: Οἶδεν Ἱερουσαλὴμ τὴν ἄνω ὁ Παῦλος, περὶ ἧς λέγει f. 470. — Fine mutili sunt commentarii in Ps. XIII, XIX et XLVIII, quorum primus des. δεῦτε, οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου . . . f. 127; secundus: καὶ τοῦτο ἐποίησεν ὁ Δαυΐδ· οὐ τοκίζων . . . f. 138; tertius: ὅρα καὶ τοῦτο πῶς . . . f. 245 v.

9. Chart. in f. saec. XV, fol. 141. Eadem scriptus manu, qua cod. 2 (quem vide). Olim S. Silvestri. Inscriptiones omnes miniatae.

Io. Chrysostomi epistolae (CCXXXV, inter quas aliquot ἀμοιβαῖαι). Epistolae nullo inter se in codice distinguuntur numero. Prima: ad episcopos et presbyteros in carcere inclusos. Inc. Δεσμωτήριον οἰκεῖτε, καὶ ἅλυσιν περίκεισθε f. 1. Ultima: ad Cyriacum presbyterum. Inc. Καὶ ἐν τούτῳ ἐθαύμασά σου τὴν ἀγάπην τὴν θερμὴν f. 93. — Inter f. 1 et 2 insertus index latine scriptus in solas epistolas, initio ac fine mutilus. Epistolam ad Maximum Episcopum, quae inc. Ὅταν ἐννοήσω τοὺς πόνους ὑμῶν, a librario omissam, supplevit alia eiusdem aetatis manus, et ipsa nitidissima, in margine litteris minutioribus. Folia 93 v. et 94 scriptura carent, licet nihil desideretur.

Ioannis (Damasceni Dialectica), praevia eiusdem ad Cosmam, Episcopum Maïumensem, epistola, quae inc. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας καὶ

τὸ ἄπορον τῆς γλώσσης f. 95. — (Dialectica, cap. I. De Cognitione), inc. Οὐδὲν τῆς γνώσεώς ἐστι τιμιώτερον f. 95. Post caput (LXVI), de Coniunctione secundum hypostasim, omissis duobus sequentibus, in quibus de sex philosophiae definitionibus disseritur et de methodis quatuor Dialectices, praebet codex statim caput (de dictionum solutione), quod inscribitur: Ἀνάγκη ἐστὶ βία φύσεως (in edd. βίας αἰτία), et inc. Στοιχεῖόν ἐστι κοινῶς μέν f. 133 v. Sequitur dein caput (de Generibus et Speciebus), quod inscribitur: Ἕτερον κεφάλαιον. Inc. Τὸ γένος διαιρεῖται εἰς εἴδη f. 134 v. Clauditur subscriptione: Τέλος τῆς λογικῆς.

MICHAËLIS PSELLI ad Imperatorem Michaëlem Ducam (Quaestiones theologicae XIII, cum responsionibus): Caput I: De Fidei confessione. Inc. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Πατέρα· f. 137 v. Duo ultima inscribuntur: De natura. — Testatur Fabricius (X, 64 ed. Harl.) se vidisse *Romae* eundem Pselli librum *Ms. graece in bibliotheca Sancto-Silvestrina in Monte Quirinali.* Ex quo codice, qui noster est, capita Pselli operis omnia graece descripsit et latine interpretatus est. Cf. L. Duchesne: *De codicibus Mss. Graecis Pii II in bibliotheca Alexandrino-Vaticana,* Paris. 1880, p. 10, not. 2.

Ex EUSEBII (Quaestionibus) ad Marinum (de Spiritu Sancto). Inc. Τὸ μὲν ὑπὸ Χριστοῦ ἐμπνευσθὲν ἅγιον τοῖς ἀποστόλοις λυτικὸν ἦν f. 141. Excerpta pauca, quae des. λέγων· λάβετε Πνεῦμα ἅγιον.

10. Chart. in f. saec. XV, pagg. 122. Olim S. Silvestri.

Io. CHRYSOSTOMI (Homiliae VI priores) Περὶ ἀκαταλήπτου, sive de Incomprehensibili. — Prima inc. Τί τοῦτο; ὁ ποιμὴν οὐ πάρεστιν p. 1. Sexta inc. Μίαν ὑμῖν διελέχθην ἡμέραν p. 91. Omittuntur homiliae tres, illae nempe de Philogonio, de Consubstantiali et de Petitione filiorum Zebedaei, quas inter quintam et sextam de Incomprehensibili intercalare solent codices vetustiores.

Eiusdem in Psalmum centesimum commentarius. Inc. Πάλιν ἡμᾶς, ἀγαπητοί f. 104 v.

11. Chart. in f. saec. XV, fol. 406. Olim S. Silvestri. Eadem scriptus manu, qua codex 2 (quem vide). Inscriptiones omnes miniatae.

ANASTASII SINAÏTAE, Episcopi Antiocheni, interrogationes et responsiones de diversis capitibus a diversis propositae. Solutiones non ex se ipso, sed ex lectura S. Scripturae et ex experientia desumpsit. Sic codex, etsi in fronte inscriptum habet: Βίβλος ἡ καλουμένη Ὁδηγός, a quo opere nostrum prorsus discrepat. Praeit index in capita Anastasii CLIV, et in reliqua codicis opera Polycarpi et Methodii, ab eodem librario accuratissime digestus, quibus ultima Caesarii, Gregorii fratris, a librario praetermissa, addidit manus recentior. — Caput primum inscribitur: Quale

sit signum veri et perfecti Christiani. Inc. Οἱ μέν φασίν, ὅτι πίστις ὀρθή f. 9.

Laudantur ab Anastasio: Athanasius, Basilius, Canon 89[us] synodi sextae, Chrysostomus, Clemens Alexandrinus, Constitutiones apostolicae, Constitutio Apostolorum Petri et Pauli, Cyrillus Alexandrinus et Hierosolymitanus, Diadochus, Dionysius Areop., Elisaeus ἐκ τοῦ λειμωνάρ (sic pro λειμωναρίου), Ephraem, Epiphanius, Eusebius Pamphili, Gregorius Nazianzenus et Nyssenus, Hesychius, Hippolytus, Iacobus frater Domini, Ioannes Climacus, Iosephus, Isidorus, historia Lavsiaca, Macarius monachus, Maximus, Nicephorus Patr. CP., Nilus monachus, Nemesius Emesenus, Olympiodorus, Origenes, Palladius in Chrysostomi vita, Paulus et Petrus Apostoli, Auctor Septem hominis aetatum, Serinus, Severus Antiochenus, Theodoretus Cyrensis. Folium 233 v. sine scriptura, quamvis nihil desit.

S. Polycarpi, Episcopi Smyrnensis et ἱερομάρτυρος, ad Philippenses epistola, quae cum epistola (initio mutila) Barnabae solet sociari f. 234. — Folia 237 v. et 238 vacua relicta ob chartam bibulam.

S. Methodii, Episcopi Patarensis, de regno gentium. Inscribitur: Περὶ τῆς βασιλείας τῶν ἐθνῶν, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους καιροὺς ἀκριβὴς ἀπόδειξις. Inc. Ἰστέον ὅτι ἐξελθόντες ὅ τε Ἀδὰμ καὶ Εὔα ἐκ τοῦ παραδείσου f. 257 v. Integrum opus excipit folium 264 vacuum.

Caesarii, Gregorii Nazianzeni fratris, (Dialogi IV), quibus continentur responsiones ad quaestiones (CXCVII) propositas a Constantio, Theocharisto, Andrea, Gregorio, Domno, Isidoro, Leontio, quo tempore Caesarius a secretis erat, et CPoli docens annos XX commorabatur. Quaestio prima inc. Οἱ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν f. 265. Quaestiones, nullo inter se numero discretae, continuo sese in codice excipiunt, quin in dialogos quatuor dividantur. Subscriptio: Τέλος τῆς βίβλου τοῦ σοφοῦ Καισαρίου, rubris litteris. Cf. Migne, *Patr. Gr.*, t. XXXVIII, col. 851 sqq. — Ad codicem nostrum quod attinet, iuvat verba referre Duchesne cl. viri, *l.* c. p. 10, not. 3: « *Fabr. VIII, p. 436 (ed. H.). Hunc codicem descripsit Lucas Holstenius, cuius apographus servatur in cod. Barberino 7* (sic; rectius V, 7). *Ibi secundo folio haec praescripsit:* « *S. Polycarpi episcopi et martyris epistola ad Philippenses. S. Barnabae epistola* ἀκέφαλος. *Ex msto bibliothecae S. Siluestri in Quirinali collata cum msto vetustiore Vatic. bibl.* ». *Cf. Gebhardt, Patrum apostolicorum opp., fascic. 1, 2. Lipsiae, 1878, p. X. Gebhardt recte suspicatus est Cunninghamium errasse quum narravit, fonte unde hauserit non indicato, codicem nostrum incendio absumptum fuisse* ».

12. Chart. in f. min. saec. XV, bina scriptus manu; fol. 169, quorum aliquot in margine maculata. Prior manus elegantior, monocondyliorum formam imitata, inscriptiones tantum et duos primos

versus cum additamentis in margine exaravit, reliquum codicem altera manus minus perita. Folio praevio index latinus. Olim S. Silvestri.

ANASTASII SINAÏTAE Anagogicarum contemplationum in Hexaëmeron (ad Theophilum) libri X (= XI). — Prooemium inc. Φωνὴ Θεοῦ ἱερά· Ἀρύεσθε (cod. ἀῤῥύεσθαι) ὕδωρ ζῶν ἐκ σωτηρίων πηγῶν f. 1. — Qui in edd. libri dicuntur septimus et octavus, in codice nostro tanquam appendices habentur ad sextum et septimum. Deest ultimus, qui in Migne, *Patr. Gr.* duodecimus nuncupatur et inc. Καὶ ποῖοι οὗτοι κατάδικοι.

13. Chart. in f. saec. XV, fol. 279. Ab eodem librario exaratus, qui descripsit codicem 2 (quem vide). Olim monasterii S. Silvestri. Charta litteras ita interdum combibit, ut discerni clare oculis nequeant.

